

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

**Christoph. Franckii S. Theol. D. & Prof. Qvondam Primar.  
... in Academia Kilonensi Pro-Cancellarii, & in Supremo  
Senatu EcclesiasticoConsiliarii. Brevis Et Liqvida  
Demonstratio Deitatis Christi, Ex ...**

**Franck, Christoph**

**Kiloni[i], MDCCV**

**VD18 10454578**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11595**




Landesbibliothek Oldenburg

Theol. VI



Landesbibliothek Oldenburg



Landesbibliothek Oldenburg



Landesbibliothek Oldenburg

CHRISTOPH. FRANCKII,  
S. Theol. D. & Prof. Qvondam Primar.  
*2*  
*10*

Serenissimi Ducis Slesvici & Holsat. in Academia Ki-  
lonensi Pro - Cancellarii , & in Supremo  
Senatu Ecclesiastico Consiliarii.

BREVIS ET LIQVIDA  
DEMONSTRATIO  
DEITATIS  
CHRISTI,

Ex immotis S. Literarum fun-  
damentis deducta :  
*Qua simul*

JONÆ SCHLICHTINGII a Bukowiec, Equitis Sociniani,  
in Disputatione adversus BALTHASAREM MEISNERUM, de SS.  
Trinitate, &c. quæsitis exceptionibus, & repetitis e Socino ac  
defensis argumentis quinque, quibus probatur, Trinita-  
tis dogma in S. Literis aperte damnari, occurritur.

*Opus postumum editum*

â

WOLFGANGO CHRISTOPH. FRANCKIO,  
Eccles. Kilon. Ministro.

---

K I L O N I ,  
Sumtibus JOH. SEB. RIECHELII. Literis BARTH. REUTHERI ,  
Acad. Typogr. ANNO CLC XC CV.



CHRISTOPH. ERAMONI  
MAGISTER ET PROFESSOR IN  
UNIVERSITATE MECHELEN  
ET BRUXELLA  
ET BRUGA  
ET LONDINI  
ET PARISI

ACADEMIAE  
OPHILOP

EX BIBLIOTHECA  
OLDENBURGENSI

LIBRARIA  
ANTONII

ANTONII

CHRISTOPH. ERAMONI  
MAGISTER ET PROFESSOR IN  
UNIVERSITATE MECHELEN  
ET BRUXELLA  
ET BRUGA  
ET LONDINI  
ET PARISI

CHRISTOPH. ERAMONI  
MAGISTER ET PROFESSOR IN  
UNIVERSITATE MECHELEN  
ET BRUXELLA  
ET BRUGA  
ET LONDINI  
ET PARISI



SUMME REVERENDO,  
PERILLUSTRI ET EXCELLENTISSI-  
MO DOMINO,

D N. MAGNO  
DE  
WEDDERKOP,

HÆREDITARIO DOMINO IN  
STEINHORST, MEUSLING, TANGSTED  
ET SEHEGARDEN,

SERENISSIMI DUCIS  
REGENTIS SLESVICI ET HOLSATIÆ  
PRÆSIDI REGIMINIS, CONSILIARIO INTIMO AC  
PROVINCIALI, SUPREMOQUE AULÆ MINISTRO,  
PRÆFECTO IN TREMSBUTTEL, & CAPITULI  
LUBECENSIS CANONICO,

PATRONO ac MÆCENATI SUO  
SUMME COLENDO.



SUMME REVERENDE,  
PERILLUSTRIS ATQUE EXCEL-  
LENTISSIME DOMINE,

MÆCENAS SUMME,

**N**certus diu atque dubius hæsi-  
tavi, an hunc beate defuncti Pa-  
rentis librum , quem publici  
nunc juris facio , Perillustri Tuo No-  
mini



mini inscribere auderem. Summum illud, ad quod immortalia Tua merita Te evexerunt, fastigium, & familiæ splendor, nec nisi cum orbe ipso desituta Nominis Tui gloria, ecquem ab hoc instituto deterrere non potuisset? Accedit singularis illa & stupenda plane eruditio, eaque adeo patens, ut regnum in literis tenere unus possis. Neque enim Tibi suffecit, Excellentissime Domine, in una atque altera disciplina exercuisse ingenium, eosque intra fines stetisse, quibus studiorum suorum cursum, & ii, qui inter doctiores numerantur, definire solent, sed effuso in omne scientiarum genus ingenio



D E D I C A T I O N

effecisti, ut, cum scire omnia non con-  
cedatur homini, Tu saltem quam pau-  
cissima ignores. Quanquam enim hoc  
a quibusdā carpi & in vitio poni solet,  
si quis animum in plura distrahat, qvia  
pluribus intenti minus idonei ad fin-  
gula censemur ; in magnis tamen & e-  
minentibus, quale Tuum est, ingenii,  
**id** non tam reprehendendum , quam  
summis in cœlum laudibus efferendū  
**est**, si vires sibi & opes a Deo large con-  
cessas latius protendant, nec intra alio-  
rum angustias cōtrahi se patiantur. Tu  
certe, Excellentissime Domine, naturæ  
vi excellente atque alta illa ingenij in-  
dole id es consecutus, ut Theologi in-  
timio-



D E D I C A T I O.

timorem rerum divinarum scien-  
tiam, Juris periti, legum judices, exa-  
ctam numerisque omnibus absolutam  
caussarum civilium cognitionem, qui  
ad clavum Reipubl. sedent, Sum morū  
Regum Principumq; Supremi Aulæ  
statusque ministri, incredibilem in re-  
bus maximis dextre & feliciter geren-  
dis prudentiam, in Te admirentur; &,  
ut paucis multa complectar, eruditio o-  
mnes velut vivum quoddam oraculum  
Te jure Tuo venerentur. Verum hæc,  
& alia excelsæ mentis Tuæ decora, quæ  
vigebunt memoria seculorum omniū,  
qvæ posteritas alet, æternitas ipsa intu-  
ebitur, luculentius exsequi, non est vel

præ-



D E D I C A T I O .

præsentis loci , vel virium mearum.  
Quis enim unquam tanta fuit eloquentia, vel tam divino atque incredibili genere dicendi, quia illa, non dicam augere aut ornare oratione, sed enumerare aut consequi possit ? Temerarium itaque nec decorum satis videri possit , quod exiguae huic dissertationi Illustre Tuū Excelsumque Nomen præscribere sim ausus. Causam tamen totam in singulari Tua humanitate repono, quae dubitare non finit , quin hunc meum conatum meliorem in partem sis interpretatur. Neque enim, quod commune dignitatis malum esse solet , quos infra Te vides despicias, altove supercilio contemnis,

sed



D E D I C A T I O.

sed ad omnes Te dimittis, omnibus copiam Tui facis sine fastidio, imitatus fastigii Tui auctorē Deum, qvi summam suam majestatem amabili qvadam humanitate temperat, ut omnium animos ad se alliciat. Patere ergo in Perillustri Tuo Nomine & hunc librum, dum in publicum prodit, apparere, qvem, si Tibi probabitur, eruditis omnibus probatum iri, non vana aut temeraria spe nixus, certissime confido. Deus O. M. Te, Excellentissime Domine, omni maximorum bonorum genere qvam largissime cumulatum longa vitæ diuturnitate beet, totamq; Domum Tuam Periliustum recenti semper

b

gloria



*D E D I C A T I O.*

gloria & honore auctam , perpetua felicitate florere jubeat. Scrib. KilonI  
mense Febr. A. d<sup>o</sup> 1555 V.


SUMME REVERENDÆ  
*ET PERILLUSTRIS EXCELLENTIÆ TUÆ*

Observantissimus

WOLFGANGUS CHRISTOPH. FRANCKIUS

BENEVO-





## BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

WOLFGANGUS CHRISTOPH. FRANCKIUS.

**E**N Tibi, L. B. posthumam B. Parentis mei de Deitate Jesu Christi dissertationem, Fausto Socino, Senensi, ejusque hyperaspisti Jonæ Schlichtingio a Buckowiec, Equiti Polono, præcipue oppositam. Conscripterat Socinus A. 1599. mense Julio in agro Luclaviciano Abrahami Blonscii libellum, postea A. 1611. Racoviæ impressum, cui titulus est : *Quod Regni Polonie & Magni Ducatus Lithuaniae homines, vulgo Evangelici dicti, qui solidæ pietatis sunt studiosi, omnino deberent illorum cœtui se adjungere, qui in iisdem locis falso atque immerito Arriani atq[ue] Ebionitæ vocantur.* Quinque capitibus totam hanc tractationem absolvit, quorum primo id agit, ut doceat, Ad regnum Dei possidendum necesse esse, in nullo peccato manere, quod Evangelii doctrinæ aduersetur. In secundo capite demonstrare conatur, in eorum, qui Evangelici vulgo vocantur, religione, dogmata & sententias haberi, quæ vix ullo modo permittunt, ut, qui eas tenet,

b 2

in



P R A E F A T I O

in nullo peccato maneat. Tertio capite docet, In eorum  
dem Evangelicorum religione quædam concedi, quæ cum  
Christi præceptis pugnant. Quarto loco, In Evangelico-  
rum doctrina non paucos esse errores, qui facile veram sa-  
lutis viam obscurant atque impediunt, ostendendum sibi  
sumit. Tandem capite quinto, De ignorantibus seu leviori-  
bus erroribus multis Evangelicorum agit. Adjicit appendi-  
cem, De defectu disciplinæ Ecclesiasticæ in cœtu Evange-  
licorum, & de causis, cur hic cœtus in dies minuatur, Ar-  
rianorum vero (quos vocant) crescat. Ex quibus omni-  
bus id confidere studet Socinus, debere homines Evange-  
licos supra dictorum locorum, quibus & sua ipsorum sa-  
lus æterna, & Dei Christique gloria, & denique Christiani  
hominis officium est cordi, ab illa Ecclesia, in qua tot ac-  
tanti reperiantur errores ac defectus, secedere & penitus  
se separare, illi vero se associare cœtui, qui ab his omni-  
bus malis ac periculis vacuus sit & immunis. Liber hic  
Socini, licet, qui e Calvini schola prodierunt, Reforma-  
tos potissimum tangat, quos solos Evangelicorum nomi-  
ne in Polonia & Lituania vulgo designari constat, cum ta-  
men inter eos diu nullum reperisset adversarium, ne quid  
communis veritas e diuturniore silentio detrimenti cape-  
ret, oppugnandum tandem sibi sumvit Celeberrimus quon-  
dam Wittebergensium Theologus, D. Balthasar Meisnerus,  
emissa in publicum *Brevi Consideratione Theologie Photiniana*, pro-  
ut eam Faustus Socinus descripsit in libello suo sorto, cui titulus: *Quod  
Evangelici omnino deberent se illorum cœtui adjungere, qui falso Ariani  
atq[ue] Ebionites vocantur.* Et quidem quinque capitibus Socini  
toti-

*AD LECTOREM.*

totidem & ipse capita opposuit, in quibus rationes ab illo  
allatas solide fregit atque profligavit, simulque veritatem  
fidei pluribus argumentis munitam dedit magno cum docto-  
rum applausu. Quod ægrè ferens Jonas Schlichtingius a Bu-  
kowiec, ut labenti & desperatae Socinianorum causæ præ-  
sidium aliquod ferret, defensionem Socini contra Meisne-  
rum in se suscepit, & ut erat ingenio pollens, omniq; liberali  
doctrina probe instructus, ita in id omnia sua studia, omnem  
operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique  
omnem fixit & locavit, ut has partes, quam posset, accu-  
ratisime tutaretur. Præcipue in arduam illam & summi  
momenti controversiam de Divinitate Jesu Christi omnes  
ingenii & industriæ nervos intendit, cunctisque subtilita-  
tis suæ recessibus excussis, tota mente omnique animi im-  
petu in id incubuit, ut adducta a Meisnero argumenta  
quoquo modo eluderet, & clare in Scripturis revelatæ veri-  
tati caliginem offunderet, cuius rei emissa adversus Meisne-  
rum *de SS. Trinitate, de Moralibus N. & V. Testamenti præceptis, itemque de Sacris Eucharistie & Baptismi ritibus Disputatio*, evidens perhibet testi-  
monium. Priori hujus disputationis parti præsens opposita  
est dissertatio, in qua B. Parens divinitatem Jesu Christi tri-  
bus, sed electis, & exceptione omni majoribus, argumentis  
confirmavit; quæ adhibuit ad sententiæ confirmationem  
Scripturæ dicta, ea nec debere nec posse accipi vel exponi  
sensu alio, quam ut sententiæ nostræ testimonium perhibe-  
ant irrefragabile, luculenter ostendit; adversarii acerrimi,  
Schlichtingii, rationes, qvotqvot in dicta disputatione de  
SS. Trinitate &c. reperiuntur, solide elisit, argumenta deni-

b 3

que



P R A E F A T I O

que quinque e Socino repetita a Schlichtingio & defensa infregit & repulit. Atque utinam hæc posito affectu omni & præconceptis opinionibus intentiore cura & religiose magis expenderent, qui rationi nimium fidentes, nec quicquam, nisi quod ipsi pervium est, credere volentes, summa quæque mysteria impio & detestando prorsus ausu negare non verentur. Licet enim difficilia quædam sint, & quæ a nobis satis solvi non possint, absit tamen ut illa propterea negemus aut in dubium vocemus, memores, quam infirma sit mens humana, & quod ne quidem naturæ rerum infimarum accuratius cognoscendæ sufficiat, nedum, ut quod Deus de se credendum proponit, perfecte queat comprehendere & penetrare. Reæte in hunc sensum Rodericus de Arriaga, Disp. Theol. in I. Partem Thomæ, Tom. I. Disp. XLII. sect. V. subsect. I. n. 57. de distinctione virtuali in divinis agens scribit: *Fateor, eam rem difficuler intelligi, non est tamen propterea neganda: eam enim fides, in cuius obsequium debemus captivare intellectum, manifeste ostendit. Nec mirum est, si Deus, qui infinite a nobis distat, non possit a nobis perfecte cognosci, & aliqua in eo sint, quæ nostrum captum exceedere videantur, cum etiam in creaturis ipsis vel unius paleæ compositionem intelligere vix possimus.* Respicit ad illam mirificæ difficultatis & inextricabilem controversiam, de compositione continui, utrum videlicet Continuum constet ex partibus divisibilibus, an ex indivisibilibus, quam controversiam in Cursu Philosophico Physica Disp. XVI. vocat totius Philosophiæ difficillimam, cuius pondere se oppressum nemo non fateri coactus fuerit, ut humani ingenii superbia humiliaretur, cum nec unius paleæ compositionem valeat cognoscere. Simili modo de impe-

*AD LECTOREM.*

impeditissima hac controversia circa compositionem continui judicant P. H. de Mendoza, Phys. Disp. XV. in procemio, Franc. de Oviedo Curs. Philos. Physica Controversia XVII. in procemio, Greg. de Rhodes Curs. Philos. seu Philos. Peripatet. lib. II. Disp. III. Quæst. II. in præfat. & alii. Confer, si placet, Petrum Chauvin libro de Naturali Religione, Part. II. cap. VIII. ubi de SS. Trinitate agens, quæ non solum a natura longissime distet, sed etiam rationi nostræ adversari admodum videatur, Arriagam laudat & sequitur. Hæc, dum scribo, revocant mihi in memoriam illud Philosophi, lib. II. Metaphys. cap. I. text. I: Ὡσπερ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος ἔχει τὸ μεθ' ἡμέραν, οὐτω καὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς ὁ νὺξ πρὸς τὰ τὴν φύσει φανερώτατα πάνταν. Quod si de rebus obviis, & sensus nostros quotidie subeuntibus, dantur veritates, hujusmodi obstructæ difficultatibus, in quas se intendens humani ingenii acies hebescat, neque illis expediendis par sit; quid mirum, si de Deo, qui essentiæ & perfectionis infinitæ est, infinito intervallo creaturas omnes post se relinquens, habitansq; lucem inaccessam, in Divina revelatione occurrant difficultates, rationi nostræ inexplicabiles? Quo cautijs & sollicitius hic agendum, ne, si quod sublimius Scripturaræ dogma difficultas aliqua circumstet, quæ vele est, vel esse putatur rationi nostræ inexplicabilis, illico ut absurdum & rationi rectæ adversum rejiciamus, vel ad illud impugnandum aliis principiis rationis utamur, quam quæ absolute & simpliciter necessaria esse evidenter constet. Tum vero demum principium aliquod absolutæ necessitatis & simpliciter universale esse constabit, si nullo modo & nullius intui-

tu



P R A E F A T I O

tu aliter se habere , seu , cuius oppositum contradictionem implicare evidenter demonstrari potest. Quia autem in rebus Theologicis , lumen naturæ excedentibus , quænam contradictionem involvant , vel non involvant , abstrusum sæpe & non satis expeditum est , atque non raro contingit , ut ratio corrupta , suorum principiorum ductum secuta , per μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος ad res divinas transferat principia , quæ quidem intuitu caussarum naturalium aliter se habere nequeunt , per Dei omnipotentiam autem , a qua naturales & secundæ caussæ dependent , non esse vel mutari possunt , & sic in contradictoriis habeat , quæ contradictionia revera non sunt , cavendum est sedulo , ne in Theologicis hujusmodi controversiis contradictio admittatur , nisi res ipsa loquatur , & quasi ad oculum pateat , manifestam ea absurditatem & contradictionem implicari , demonstratumque , idem simul affirmari & negari secundum idem , de eodem , & eodem tempore ac respectu . Quod si contradictione luce clarior & plane perspicua atque manifesta non sit , non rationi ejusque principiis , sed claris Scripturæ verbis insistendum est , nec aut impossibile aut falsum rejiciendum , quod ex naturæ principiis capere non possumus , sed ut mysterium , supra rationem positum , suspiciendum est , modo , quo hoc constet , aut fieri possit , illius sapientiæ & potentiaæ infinitæ relicto , qui illud revelavit , & credendum nobis proposuit . Verum in utroque horum vehementer peccant adversarii . Nam & principiis ex inductione rerum creatarum enatis , quæque physice tantum & secundum



dum quid necessaria sunt, ut principiis absolute necessariis & simpliciter universalibus, ex ipsa rei, Deo & creaturis communis, natura sive essentia in se atque in genere spectata, petitis utuntur, e quibus tamen certam aliquam & firmam conclusionem effici cogique non posse, in aprico est. Quemadmodum enim in prima figura ex majore particulari nihil sequitur, ita si in argumento Theologico principium vel propositio Philosophica, quæ majoris loco ponitur, absolutæ necessitatis non est vel simpliciter universalis, non potest consequentia non vacillare, eo quod tunc major propositio ut particularis se habeat, &, si ut simpliciter universalis sumatur, falsa sit atque nulla. Præterea etiam, quæ supra rationem sunt, contra rationem esse, audacter & dictorio fastu ebuccinare non erubescunt. Quæ contra rationem sunt, i. e. quæ difformia sunt, seu adversantur principiis rationis, ita ut ratio ex suis principiis eorum falsitatem cognoscere possit, merito ut falsa & erronea rejiciuntur. Cum enim recta ratio ab ipsomet Deo, naturæ auctore, mentibus hominum sit implantata, quod hujus principiis vere adversatur, & cum illis pugnat, tam repugnat esse verum, quam repugnat a Deo falsum proficisci. Supra rationem vero dicuntur esse illa, quæ neque conformia neque difformia sunt principiis rationis, ita ut de iis, verane sint an falsa, ratio ex suis principiis plane non possit judicare. Et hæc apte satis & comode vocantur mysteria; (frustra in contrarium niente Johanne Clerico, in Annotationibus ad Davidis Cle-



P R E F A T I O

rici Quæst. S. p. 157.) quæ supra rationis captum posita dicuntur, non quod ratio hominis etiam illuminati verbo Dei ea capere, nec, verane sint an falsa, ex divina revelatione judicare non possit, sed quia ratio hominis, sive is illuminatus sit verbo Dei, sive non sit illuminatus, ex suis naturalibus principiis, ex principiis rationis, illa cognoscere nequeat, utpote principii supernaturalis, divinæ nempe revelationis, seu verbi Divini, ad eorum cognitionem omnino indiget. Hoc ipso enim, quod ex naturalibus principiis cognosci non possunt, sed ex verbo Dei addiscenda veniunt, supra captum rationis humanæ esse censentur. Et in his valet maxime illud, quod magnus gentium doctor, Paulus, jubet, omnem cogitationem, extollentem se adversus cognitionem Dei, in captivitatem redigendam esse ad obediendum Christo, 2. Cor. X, 5. Quicquid ergo Deus dicit, quicquid in Scriptura clare & perspicue traditum est, utut ejus ratio exacte nobis non constiterit, licet ingenii nostri tenuitate non plene capere, non satis assequi possimus, parato tamen & submisso animo excipiamus. Hæc enim ratio & humanæ mentis infirmitati, & Christianæ pietati est aptissima. Aurea est illa Cartesii regula, quam tradit Princ. Part. I. §. LXXVII. *Ea, quæ nobis a Deo revelata sunt, ut omnium certissima esse credenda;* & quamvis lumen rationis, quam maxime clarum & evidens, aliud quid nobis suggerere videretur, soli tamen auctorati. divinæ potius, quam proprio nostro judicio fidem esse adhibendam. Certe uti nemo de Deo & rebus Divi-



AD L E C T O R E M.

Divinis rectius & convenienter magis ipso Deo loqui potest , ita , postquam horum aliquid revelavit , si quid præterea mens humana cognoscere vel præstare fatagit , in magnos ac exitiosos errores præcipitata , debitas nefariæ temeritati pœnas ut luat necesse est. Copiosius rem hanc omnem haud ita pridem exsecutus est inter alios , doctissimus Theologus Anglus , Jonathan Eduardus , P. IV. libri sui , cui titulum fecit , *A Preservative against Socinianism. &c. i. e. Antidotum contra Socinianismum* , commonistrans falsitatem sententiae Socini , quod ratio canon sit fidei & supremus religionis revelatæ judex ; cuius Pars Prima jam ante decem annos , & quod excurrit , ultima vero hæc ante duos circiter annos Oxonii lucem publicam demum vidit. Verum his non obstantibus in alia omnia abeunt adversarii , adeo nihil admittentes , quod fieri non posse semel sibi persuaserunt , ut etiam clarissimis sæpeque repetitis Scripturæ testimoniis cedere recusent : quæ licet vel centies insones ,

Non magis audierint , quam Fusiū ebrius olim  
Quum Ilionam edormit , Catienis mille ducentis ,  
Mater te appello , clamantibus.

Quin potius tristi suæ sapientiæ , & deploratis opinioribus quas mentibus suis comprehenderunt , præfracte indulgent , quæ a via λεοφόρῳ in præcipitia & horrida tenui illos deducunt , & in extri-



P R A E F A T I O A D L E C T O R E M.

extricabiles errorum labyrinthos immergunt ; uti pluribus in doctrina de Divinitate Jesu Christi præsens ostendit dissertatio. Quam cum perfectam B. Parens reliquerit , publico eam donare volui , non ingratameruditis , nec inutilem ecclesiæ operam hac in re me locasse , omnino confisus. Tractatus Socini , cuius paginæ citantur , insertus est Bibliothecæ Fratrum Polonorum quos Unitarios vocant pm. 691. Huic opposita Meisneri Brevis Consideratio Theologiæ Photiniæ impressa est Wittebergæ A. 1623. Disputatio de-

nique Schlichtingii de SS. Trinitate &c. ad-


versus Meisnerum prodiit A. 1639.

Vale L. B. & labori huic  
fave.



I. N. 7.





I. N. f.

BREVIS ET LIQUIDA DEMON-  
TRATIO  
DEITATIS CHRISTI.

CAPUT. I.

*Status Controversiae explicatur.*

Quæritur inter Nos & Socinianos: An Christus, præter humanam, habeat etiam divinam naturam, sumta voce NATURÆ, prout substantiam, non qualitates seu accidentia designat?

*Status com-  
troversiae.*

**N**os affirmamus: Sociniani negant. Cur Nos affirmatum controversiae ita formaverimus, *mamus: So-*  
*facile apparebit animum advertentibus ciniani ne-*  
*ad varias illas locutiones, quarum am- gant.*

A bigui-



*Cur ita for-* biguitate ludere in hac causa solent Adversarii;  
*matus sit* quando verborum similitudine quam proxime ad  
*status con-* nos accedere student, et si re ipsa ac sensu a nobis  
*troversiae?* sint longissime disjuncti.

*Schlichtin-* II E Schlichtingio duntaxat, missis aliis, quas-  
*gii ambi-* dam loquendi formulas nunc repetemus. Equi-  
*gue de Di-* dem is in Disp. de SS. Trinitate, &c. adversus  
*vinitate* Meisner. Artic. de Filio Dei, p. 387. diserte negat  
*Christi lo-* aliam in Christo esse naturam, quam humanam;  
*cutiones.* Nec hominem merum, inquiens, Christum esse un-  
*Alicubi ne-* gat, aliam quam dicimus, aut Christum in vulgarium homi-  
*nus* in Christo num censem referimus, quasi nihil supra hominem in  
*esse naturā*, eo agnoscamus; sed de natura tantum illius loquimur,  
*quam bu-* quam humanam, nec ullam præterea aliam in eo  
*manam.* fuisse assertimus. Attamen Christum, præter hu-  
*Alibi tamē,* manam, etiam divinam habere naturam non mi-  
*Christum* preter hu- nus diserte affirmat, per naturam divinam quali-  
*manam e-* manam & accidentia intelligens, in Centuria argu-  
*tiam divinā* ment. Cichovii cæsa, Resp. ad Arg. IX. pag. 213.  
*babere na-* Fatemur, inquit, Christum præter naturam, quam  
*turam affir-* turam affir ex Matre habuit, divinam habuisse, ex Patre, San-  
*mat, per na-* turā divinā tum nimirum illum Spiritum, ex quo conceptus fuit,  
*qualitates ratione* ratione cuius solius se Dei Patris agnoscebat Fili-  
*& acciden-* um. Ibidem ad Argum. XXII. pag. 232. scribit:  
*tia intelli-* credimus Christo homini insitam fuisse naturam di-  
*gens.* vinam, Spiritum nimirum sanctum, divinam illam  
*virtutem*, quæ effecit, ut Deus vere esset, non ut  
*D. Opponens* loquitur, homo merissimus. Et ad  
*Argum. LXXIII,* pag. 622. Fatemur Christum  
non



non solum ob potestatem sibi à Deo datam; sed simul etiam ob naturam divinam, tanta potestatis capacem, Deum esse. Nam cum Christus immensam adeptus sit & potestatem, & sapientiam, & virtutem; necesse est, ut omnium excellentissimam, & ipsius summi Dei naturæ simillimam obtinuerit, Dei beneficio, naturam.

III. Qua mente autem divinam in Christo <sup>Eadem rād</sup> naturam agnoscit, eadem & Divinitatem, & Dei-<sup>tione</sup> Di-  
vinitatem illi tribuit, perinde scilicet sub utraque hac <sup>nitatem &</sup>  
voce nil nisi qualitates & accidentia animo con-<sup>Deitatem</sup>  
cipiens. De Divinitate Christi scribit in Centu-<sup>Christo tri-</sup>  
ria argum. Cichov. cæsa, sub init. libri , pag. 2.  
<sup>buit.</sup>

Et nos Christi Divinitatem in suo genere summam,  
& qua nulla cuiquam à Deo possit dari sublimior,  
eandemque non fictitiam aut putatitiam, sed veram  
& naturalem, nec non divinas Christi, imo divi-  
nissimas plane perfectiones agnoscimus. Et Resp.  
ad Argum. II. pag. 53. Certum est, Christum quatenus Deus est, naturam habere divinam, seu id per quod vere Deus est, divinam sapientiam, diviu-  
num robur ac potestatem; nec umbram aliquam di-  
vinitatis, ut aliis contigit, sed omnem illius plenitu-  
dinem corporaliter ac solide in se habitantem; &  
ut omnia simul dicam, Spiritum illum sanctitatis,  
ex quo conceptus formatusque, & quo sine mensu-  
ra repletus fuit, quem & Apostolus carni, id est,  
mortali Christi naturæ opposuit, & antiquiores  
Patrum, quos vocant, propiores adhuc Apostolicæ  
Veritati, divinam Christi crediderunt esse naturam,



secundum quam etiam Christus definitus est Dei Filius in potentia, ex resurrectione à mortuis, depositaque mortali natura, immortalis ( & hac quoque ex parte divine) naturæ factus particeps, à dextris divinæ confedit Majestatis, universa cœlesti suo continens imperio, Rom. I. vers. 4. De Deitate Christi, hæc ejus sunt verba, Resp. ad Argum. LXXIII, pag. 623, 624: *Quod ad homines attinet, Christi potestas eadem specie cum hominum potestate non est, proinde nec Deitas. -- Quod vero attinet ad Angelos, similiter genere differt Christi potestas, proinde & Deitas, ab Angelorum potestate. --- Quanto vero potestas, quæ Deitatis rationem constituit, major est ac perfectior, tanto & Deitatem majorem ac perfectiorem esse necesse est, proinde & ve- riorem, maximam vero ac verissimam in potestate omnium maxima & perfectissima. Rex Hispaniae non verius est homo, quam quivis mendicus, quia Regem esse ad hominis naturam non pertinet, nec in hominis natura per se dantur ulli perfectionis gra- dus; potestas, de qua agimus, ad naturam & ratio- nem Deitatis pertinet, & gradus recipit; proinde quanto quis potestate ista superior, tanto & Deitate verior. Hoc in eadem specie Deitatis locum haberet; quanto magis in specie ac genere diversa, qualem Christi esse ostendimus.*

*Vocat quoq; Christum Schlichtin-* IV. Simili ratione, quando concretum Deus, de Christo prædicat cum variis additis, nihil ali- gius Deum uid illi hæc vox, quam potestate, aliisque id ge- natura, id nus qualitatibus præditum sonat. Hoc sensu Chri-



Christum vocat Deum natura, id est vere, non *est, vere,*  
*ficti*, in Centuria Argum. Cichov. cæsa, Resp. *non ficti*.  
 ad Argum. I. pag. 39. Deus ille unus natura Deus  
*est à se ipso: Christus natura Deus est, ab illo uno Deo.*  
*Deus enim natura, id est, per rei ipsius naturam,*  
*non per opinionem falsam (quæ duo hic tacite inter*  
*se opponit Apostolus) est, qui re ipsa immortalis &*  
*beatus est, quique cælestem illam lucem inhabitans,*  
*mentes ac vota mortalium percipit, & se invocan-*  
*tibus ac coletibus opem ferre potest; qualis haud*  
*dubie Christus est, Spiritus vivificus factus,*  
*& accepta à Deo omni in cælis & in terra po-*  
*testate, I. Corinth. XV, 45. Matth. XXVIII. 18.*

Vocat verum Deum, in Disp. de SS. Trinitate, *Vocat verū*  
*advers. Meisn. Art. de Deo, pag. 256: Fatemur Deum.*

Christum esse verum Deum, id est, vere divina po-  
*testate ac Majestate præditum. Vocat verum eter-*  
*numque Deum, æternitate, quæ tantum est a par-*  
*te post, ut dici solet, intellecta. Ibidem Art. de*  
*Filio Dei, pag. 387: Quid ambiguis uteris voce-  
 bus, Meisnere? quid ais negare nos Filium Dei,  
*esse verum & æternum Deum? cur nostris verbis*  
*nostram sententiam non effers? cur eam de indu-*  
*stria verborum ambiguitate quæsita invidiose tra-*  
*ducis? an, nisi verbis eam deformares, ipse vide-  
 bas, nil in ea fore, quod carperes? Num negavi-  
 mus unquam, Christum esse verum æternumque De-  
 um? Imo vero id agnoscimus lubenter, & cum gau-  
 dio profitemur. Nec dubitat Christum appellare Item θεόν  
 θεάθρωπον, Deum hominem, in Centuria Argum. θρωπόν.**

A. 2

Cichov.



Cichov. cæsa, Respons. ad Argum. VII. pag. 159:  
*Si voce Dei significetur homo, ex Dei Spiritu tanquam divino semine conceptus, divini roboris, sapientie ac potestatis, quin & immortalitatis ac spiritualis naturæ factus particeps, verum est Aniecdens, vereque Christus est θεάνθρωπος, Deus homo.* Et Resp. ad Conclus. univers. libri, cit. pag. 822:  
*Quis, inquit, Apostolorum Christi Matrem, Dei param appellavit? Etsi enim non nudum hominem, sed Deum hominem, seu hominem divinissimum, quippe ex Spiritu S. & Virtute Altissimi conceptum, & ad divinam potestatem evehendum, ac porro evehendum; quia tamen vox Dei, absolute & subjective posita, summum Deum designat, nusquam in Scripturis Dei paræ, aut Matris Dei nomine appellata est, ne summus ille Deus, rerum omnium conditor immensus & eternus, Matrem ac Parentem habuisse, statui videatur; tantum abest, ut Apostolorum ullus id re ipsa statuerit, dixeritve. Similes aliorum Socinianorum, de Christo, locutiones ambiguas colligit Hoornbeck, Socinianis. Confut. Tom. II, lib. I. Cap. I. pag. 3. seqq.*

*Schlichtingius cum rescentioribus Socinianis ita constituit statum con-*

V. Hujusmodi vero ambiguitates probe vitandæ sunt in statu Controversiæ constituendo, quia tenebris illum involvunt, atque impediunt, ne clare & distincte satis cognoscatur, quid in quæstionem veniat. Sociniani recentiores hoc pacto eum proponere amant: An Christus sit summus Deus? Ita Schlichting. in Disp. de SS. Tristatum con-

256.

256: *Fatemur*, inquit, *Christum esse verum Deum*, *An Christo id est, vere divina potestate ac Majestate præditum, sit summus*  
*Jed an summus etiam sit Deus, nunc ex Scripturis Dens.*  
*disputamus.* Confer Crellium, ubi præfatus ad  
 libros suos de Uno Deo Patre, scopum & distri-  
 butionem istius operis præmittit. Nos, quo mi- *Cur alia*  
 nus hunc proponendi modum sequeremur, dua- *ratione*  
 bus inducti fuimus causis. Quarum prima est, *nos illum*  
 quod Sociniani summum Deum appellant, ad di- *proposueris*  
 stinctionem aliorum, quos etiam Deos proprie dictos esse contendunt, puta Angelorum, Judicū, Ma-  
 gistratum: cum nos solum Deum summum esse Deum proprie dictum, reliquos omnes, qui vere Dii vocantur, Deos improprie dictos esse statua-  
 mus. In sequente autem tractatione utemur ap-  
 pellatione summi Dei pure ad distinctionem ab aliis, qui Dii vocantur, abstrahendo, an illi sint Dii proprie dicti, nec ne. Altera causa est, quod simplicem quæstionem, atque ita formare volui, uti eam una nobiscum affirmant Remonstrantes: qui quidem non concedunt, quod nos plane statuimus arcteque tenemus, Christum esse sum-  
 mum Deum, quippe quandam prærogativam & supereminentiam Deo Patri, respectu Filii, non ratione ordinis tantum, verum etiam ratione dignitatis & potestatis tribuentes; attamen unam ac communem esse Patris & Filii divinam natu-  
 ram seu essentiam, quæ substantia sit, strenue no-  
 biscum defendunt contra Socinianos. Vid. Exer-  
 cit.

VI. His consideratis, credidi statum controversiae commodissime hoc pacto formari posse: An Christus præter humanam, habeat etiam divinam naturam, sumta voce naturæ, prout substantiam, non qualitates seu accidentia designat? Naturam divinam *substantialem* recte dixeris, eo quod substantia est; ut distinguatur a natura divina accidentalí, quam in meris accidentibus positam fingunt ac defendunt. Usus sum abstracto Naturæ divinæ, quam in Christo substantiam esse negant *Concretum Sociniani*. At concretum Deus etiam aliquo modo substantiam significare, asserit Socinus, in Disp. adversus Andr. Volanum, Responsione altera, Operum Tom. II. pag. 407. b. Nec tamen, ait, de voce Deus verba faciens, nomen istud accidens sola significare ajo, quemadmodum mihi Volanus objicit. Nam et si dixi, nomen Deus idem significare quod Dominator, Judex, seu Gubernator, Potens seu Fortis, Benefactor, & ejusmodi alia nomina; perinde accipienda sunt verba mea, ac si dixisset, Is, qui dominator est, &c. Quemadmodum si quis diceret, hoc nomen Philosophus idem significare, quod Studiosus sapientie, recte loqueretur: quamvis Philosophus sit nomen (ut vocant) substantivum, idque substantiam quandom aliquo modo significans, licet interdum adjactivi nominis naturam induat: Studiosus sapientie vero, quatenus hic, tanquam nomen unum accipi-



cipiendum foret sit nomen prorsus adjectivum. Intelligendum enim esset, eum ita locutum fuisse, ac si dixisset, Is qui Studiosus est sapientiae. Ceterum Volanus, ut appareat, ex eo, quod nomen Deus propria sua significatione sit nomen appellativum, colligere me voluisse existimavit, esse nomen, quod non substantiam ipsam ullo modo significet, sed sola accidentia. Quod tamen longe aliter se habet. ( Nec sane, Dei gratia, vel Grammaticae, vel etiam Logicæ sum adeo rudis, ut istud mibi in mentem venire potuerit.) Quandoquidem hoc nomen Deus appellativum esse, non aliam ob causam asservui, quam ut concluderem, non esse nomen proprium, quemadmodum ex ipsis verbis meis liquido constat, id est, non tale, quod uni tantum conveniret, atque individuam sive unam numero quandom substantiam perpetuo significaret, summum videlicet illum rerum omnium conditorem: Unde concludi posset, cum Christo id nomen tributum inveneretur, eum summum illum rerum conditorem esse. Hæc de voce Deus, Socinus. Sed satis de vocibus: ad rem ipsam & sententiæ nostræ confirmationem progredimur, ex plurimis tria tantum, sed ea selecturi argumenta, quæ, omne ferentia punctum, liquidam pariter ac invictam demonstrationem confiant.

B

CA-



## CAPUT II.

Argumentum primum pro no-  
stra sententia.

ex loco Rom. VIII. 32.

I.

i. Argum. PRimum argumentum nostrum ducimus ex lo-  
*pro nostra*  
*sententia,*  
*ex Rom.*  
*VIII. 32.* co Rom. VIII. 32. hinc ita colligentes: Qui-  
cunque est proprius Dei Filius, is ex substantia  
sive essentia Dei genitus est. Atqui Christus  
est proprius Dei Filius, dicente Paulo, loc.  
*Filius pro-* cit. Ergo Christus ex substantia sive essen-  
*pius est*, tia Dei genitus est. Major probatur: quia Filius  
*qui ex sub-* proprius definitur, qui est ex substantia sive es-  
*stantia sive* sentia Patris sui genitus; & in hoc, quod ex  
*essentia pa-* substantia Patris genitus est, differt à Filio sup-  
*tris sui ge-* posititio, adoptivo, talique qui vel ob affinitatem,  
*nitus est.* ut gener & privignus respectu saceri & vitrici, vel  
ob singularem benevolentiam, vel ob regenerationem,  
ut fidelis respectu Dei & ministri Ec-  
clesiae, vel ob alias causas filius appellatur. Jam  
porro: Quicunque ex substantia sive essentia Dei  
est genitus, is naturam Divinam substantialem  
habet. Non enim potest Deus filium generare  
ex sua substantia, nisi communicando illi suam  
substantiam, & quidem non aliqua tantum ipsius  
parte, quippe partium expertem atque indivisi-  
bilem, sed totam; nec diversam numero, sed  
eandem; quia alioquin essent plures Dii. Atqui  
Chri-

Christus ex substantia sive essentia Dei est genitus  
ut modo probatum. Ergo Christus naturam  
divinam substantiam habet, ita ut sit unius cum  
Deo substantiae sive essentiae. Est sane haec pro-  
batio, ex appellatione Filii Dei proprii ducta, a-  
deo firma ac evidens, ut prorsus nihil dubii aut ob-  
scuri relinquat: quandoquidem non tantum cer-  
tum & exploratum est omnibus, voces illas *Filius*  
*proprius*, significare Filium ex substantia Patris  
genitum, nec alia significatione uspiam reperiri,  
sive in S. literis, sive apud ullum probatum au-  
torem; verum etiam usurpatas in significatione,  
qua Adversarii Filium proprium dici volunt eum,  
qui non sit alienus nec cuiuspiam alterius, usum  
loquendi omnibus communem commutare ac  
penitus pervertere: cum hoc pacto etiam filius *sui loquen-*  
*adoptivus* alicujus, qui, utroque orbus parente,  
in filii jura ab aliquo adoptatus est, dici posset fi-  
lius ejus proprius, quia non est alienus, nec cuius-  
piam alterius, eo ipso quod nemo alias in ipsum  
jus paternum habet; at usu loquendi filius pro-  
prius & filius adoptivus opponuntur perpetuo.  
(de quo in sequentibus.) Unde manifesto colligi-  
tur, cum Christus in Scriptura S. Filius Dei pro-  
prius vocatur, significari, Christum ex essentia  
Dei Patris genitum esse, nec posse verba illa ali-  
ter ullo modo accipi: alias enim sequeretur, eum  
Filium Dei proprium vocatum esse, non pro-  
prie, sed improprie & aequivoce, & tali quidem

*Filium pro-*  
*prium dici,*  
*qui non sie*  
*alienus, nec*  
*cuiuspiam*  
*alterius, u-*  
*sui loquen-*  
*di planz*  
*contrarium*  
*est.*

B 2      aequi-



æquivocatione, quam nemo possit intelligere; quia nullum ejus exemplum occurrit, vel in sacris, vel in profanis, ususque loquendi penitus adversatur & repugnat. At constat certe & in confessio est apud omnes, Scripturam ita locutam esse, ut intelligi posset: cui enim bono, aut quo fine alias locuta fuisset? Igitur aut fatere, verum esse, quod nos defendimus, Christum ex

*Exceptio  
Schlichtin-  
gii. Negat  
Christū Fi-  
lium Dei*

essentia Dei Patris genitum esse; aut conculcata Scripturæ autoritate dic eam protulisse falsum, cum dixit, Christum esse filium Dei proprium.

II. Excipit Schlichtingius in Disp. de SS. Trinitate, &c. advers. Meisner. Artic. de Filio dici, quod Dei, pag. 445: *Negamus, idcirco Christum Filium proprium dici, quod proprie à Deo sit genitus, seu quod sit Filius proprie dictus*: hujusque negationis suæ, hac & seq. pag. quatuor afferat rationes, quas suo ordine percensebimus atque ener- vabimus. Prima est: *Proprius enim Dei Filius dicitur jure optimo propterea, quod non sit alienus, nec cujusquam alterius.* Resp. Evidem nemo τὸ propriū ignorat, τὸ propriū sæpe idem esse, ac non es- aliquando, se alienum, nec alicui cum alio commune, quo- modo v. g. proprius ager, proprius servus dici- tur, qui non est alienus, nec cujusquam alterius: dem est ac at certum quoque est, vocem *proprius*, junctam non esse a substantivo *Filius*. *Filium ex substantia sive essentia licet, nec* Patris genitum significare, & hanc vocum illarum cujusquam conjunctarum unicam & perpetuam esse signi- fica-

ficationem , nec exemplum ex sacris vel profanis  
afferri posse in contrarium. Sic & Pater proprius,  
est Pater , qui ex substantia sua genuit Filium ; &  
frater proprius est frater germanus , ex iisdem pa-  
rentibus genitus . Joh. I. 41 Adde , quod usus loquen-  
di , secundum quem Filius proprius dicitur in op-  
positione ad filium adoptivum , & quemvis alium  
improprie dictum , nullo modo patiatur , Filium  
proprium aliquem dici eo nomine , quod alienus  
non sit , nec cujuspiam alterius , ut modo ostensum

*alterius;*  
*sed non*  
*junctum*  
*substantivo*  
*Filius.*

## 2. Ratio.

*Num vero filius Dei Filius esse non potest Christus ,*  
*nisi etiam ab ipso , proprie loquendo , sit genitus ?*  
*Quid prohibet , quo minus etiam adoptivus Filius ,*  
*proprius alicujus dicatur Filius , quatenus scil. ne-*  
*mo aliis in eum paternum jus habeat , quam qui*  
*eum sibi adoptavit in Filium ? Quanto magis id in*  
*Christo locum habet , qui non solum adoptionis , sed*  
*etiam ipsius generationis jure , nullius alterius Pa-*  
*tris quam Dei Filius fuit ? Resp. Omnino Dei Fi-*  
*lius proprius esse non potest Christus , nisi etiam*  
*ab ipso , proprie loquendo , sit genitus . Quid*  
*autem absurdius , quam hominis alicujus Filium*  
*adoptivum , simul ejusdem Filium proprium di-*  
*ci ? Quis unquam fando talia audivit ? Age , ce-*  
*do unius autoris verba , qui ita locutus sit . Pro-*  
*prius filius opponitur alieno vel adoptivo : nam & mul ejus de*  
*adoptivus filius generatione alienus est , scribit in*  
*Filiū pro-*  
*h. l. ipse Schlichtingius , Oper. Exeget. Tom I. prius dici.*

Resp.

*Maxime*  
*absurdum*  
*est , homi-*  
*nis alicujus*  
*Filiū ado-*  
*prium si-*  
*prius filius oppositur alieno vel adoptivo : nam & mul ejus de*  
*adoptivus filius generatione alienus est , scribit in*  
*Filiū pro-*  
*h. l. ipse Schlichtingius , Oper. Exeget. Tom I. prius dici.*



p. 244. a. Nec generatio , qua Christus Dei virtute est ex virginē genitus , quia improprie dicta generatio est, Christum Dei Filium proprium facere potest : perinde ac fideles , qui a Deo improprie geniti sunt per verbum , non sunt Dei filii proprii, sed tantum adoptivi, Rom. VIII, 15.16. Quibus dum contradistincte Christus hic Filius Dei proprius vocatur , utique à Deo proprio illum genitum esse significatur.

## 3. Ratio

IV. Tertia ratio : *Nec sane dicere Paulus debuit, ut charitatem Dei sumam erga nos exprimeret, quod Deus nostra causa non pepercerit Filio proprie dicto, sed quod non pepercerit suo filio.* Nam si vel maxime iste Filius esset Filius proprie dictus, nisi esset ipius Dei Filius , nullum hinc argumentum divinæ charitatis erga nos duci potuisset. Respond. Mira subtilitas , quæ suis se compungit acuminibus. Eo ipso enim, quod nullum hinc argumentum divinæ charitatis duci potuisset , si Deus alterius filio proprie dicto non pepercisset, satis intelligitur , Deum suo Filio proprie dicto non pepercisse. Nempe sicut Joh. V, 18. Judæi ajunt, Christum dixisse Deum πατέρα ἡδιον , patrem suum proprium: ita hīc Apostolus, ad Christum respiciens docet , Deum τὸν δίδυνόν την Φείσαθαι, proprio suo Filio non pepercisse. Ad verba citata Joh.V. 18. scribit Wolzogenius in Comment. Oper. Tom. I. pag. 777: *In greco est, πατέρα ἡδιον, patrem proprium: Cui voci proprius, peculiaris vis inest,*

## Resp.



ineft, ut & Rom. VIII. 32. Intellexerunt enim, Christum non vulgari modo Deum patrem suum vocare, ut & omnes Iudei vocabant, (Job. 8, 41.) sed singulari quadam ratione, aliisque hominibus non communi.

V. Quarta & ultima ratio: Denique, ut infra 4. & ult.  
videbimus, talem hic proprium Dei Filium intelli-  
git Paulus, cui Deus non parcere, seu quem trade-  
re pro nobis in mortem potuit; in eo enim tota ra-  
tio divinae istius charitatis consistit; qualis profecto  
non est Filius ex Dei essentia ab æterno genitus,  
idem numero cum Paire Deus. Resp. Filius ex  
Dei essentia ab æterno genitus pro nobis in mor-  
tem est traditus, non secundum naturam suam Filius Dei  
divinam, secundum quam ex Dei essentia ab æ. pro nobis in  
terno genitus est; sed secundum naturam suam mortæ tra-  
humanam, secundum quam ex Virginis Mariæ ditus est,  
essentia in tempore genitus est. De quo mox non secun-  
plura dicemus, secuturi Schlichtingum eum ad lo-  
cum, ad quem hic nos remittit. dum divi-  
nam, sed  
secundum

VI. Concludit Schlichtingius suam disputa-  
tionem his verbis: Itaque ut paucis concludamus, humanam  
suam nature  
vox proprii in verbis Pauli non opponitur per simi-  
litudinem dicto, sed tantum communi vel alieno,  
quo sensu & in quotidiano sermone creberrime, &  
in S. L. non infreque*nter* usurpari solet: illo autem  
fere tantum in Philosophorum, non vero in Pisca-  
torum scholis. Resp. Vox proprii in verbis Pau-  
li opponitur adoptivo, & determinans filium,  
qualis



qualis sit, vi sua significat ex essentia Patris genitum, & proprie dictum. Aliis quidem substantivis juncta, creberrime opponitur tantum communi vel alieno: At hanc vocis *proprietatis* significacionem esse, quando voci *Filius* apponitur, inauditum & omni loquendi consuetudini contrarium est, quæ nos docet, *Filium* proprium sem-

*Schlichtin-*  
*gius conce-*  
*dit, alias*  
*Filiū pro-*  
*per. Exeget:* Tom. I. pag. 245. a scribens : *Ne-*  
*ex essentia que dixeris, Filium proprium nunquam appellari*  
*Patris ge-*  
*nisi proprie dictum, id est, ex essentia Patris ge-*  
*nitum: sed nitum. Hoc enim locum habet in iis que proprie-*  
*negat id in loquendo generant, id est genus suum propagant,*  
*Deo, quia non in Deo. Nam generis propagatio proprie di-*  
*Deus non*  
*generet eti illorum est, quæ cum ipsa pereant, in suo gene-*  
*proprie lo-*  
*re se conservant, non Dei, qui non solum extra*  
*quendo. omnem finem, sed etiam extra omne principium est;*  
*Contra o-*  
*proinde necessario semper unus est. At enim ubi-*  
*stenditur, cunque datur filius proprius, ibi necessario lo-*  
*ex appella-*  
*cum habet generatio proprie dicta; & nemo per*  
*tione Filii*  
*Dei proprii*  
*necessario*  
*sequi, in Deo*  
*dari gene-*  
*rationem quando Christus à Paulo Filius Dei proprius vo-*  
*proprie di-*  
*etam*

210

catur,

catur, aliam plane diversam & æquivocam appellationis illius significationem comminiscuntur, altisque obtrudere satagunt, quam nullo exemplo vel ex S. Literis, vel aliunde probare possunt, imo cui usus loquendi perpetuus refragatur & contradicit; illi sermonem, sermonisque usum corrumpunt, & Scripturam ita loqui faciunt, ut a nemine queat intelligi. Quod utique maximo argumento nobis esse debet, in illa locutione Pauli, voces, *Filius proprius*, in propria & consueta sua significatione esse relinquenda, nec ullo modo aliter accipi posse. Unde jam simul evidente atque invicta consequentia efficitur, in Deo locum habere generationem proprie dictam, & quæcunque rationes illi opponantur, etsi speciem habeant veri, re ipsa tamen inanes esse, sique respondendum ad eas sit, ipsos etiam adversarios obligatos esse, ut dispiciant, quo pacto nodi isti feliciter expediantur.

VII. Quamvis igitur rationes omnes, quibus generationem proprie dictam in Deo impugnant Adversarii, citra causæ nostræ præjudicium, sine responsione dimittere possemus; non pigrabimur tamen, ad minuendas difficultates in <sup>Solvuntur  
argumenta  
Socini, à  
Schlichtin-</sup> <sub>gio defensa,</sub> re abstrusa, humanæque rationi non satis pene <sup>quibus ge-  
trabili, nostram quoque conferre opérām, & ex-</sup> <sub>neratio pro-  
prie dicta in  
Deo impu-  
gnatur.</sub> dispensis Socini argumentis, quæ Schlichtingius in Disp. de SS. Trinitate, &c. Artic. de Filio Dei, pag. 394. seqq. defendere conatus est, amoliri absurdā, quibus invidiam faciant veritati.

C

VIII.



I. Socini ar-  
gumentum.

VIII. Primum Socini argumentum à Schlichtingio his verbis repetitum legimus loc. cit: *Primum sumptum est ab unitate & summa Dei per-  
fectione, quæ periret, si Deus ex essentia sua, seu  
essentia sibi similem generaret. Si Deus, inquit  
Socinus, sibi omnino similem generat, non est ipse  
natura sua & necessario singularissimus, & sic  
neque summe perfectus: cum summe perfectus  
esse nequeat, nisi unus tantum. Quid, addit  
Schlichtingius, hac ratione esse potest evidentius?*

Resp.  
Instantie  
Schlichtin-  
gii.

Resp. negando consequentiam: cuius negationis ratio statim patebit ex sequentibus. Instat Schlichtingius pag. 398: *Qui argumenti Socini sequelam  
non videt, & evidentiorem ejus rationem postulas,  
is solem meridie lucere negat, & lumen in ipsis solis  
radiis constitutus requirit. Evenit hīc Schlicht-  
tingio, quod illi, qui spississimæ noctis tenebris  
circumfusus, solem tamen gestare manibus per  
quietem sibi videtur. Nonne, inquit, ubi sunt duo  
sibi omnino similes naturæ, illic unica & singula-  
rissima esse non potest natura? non negabis, opinor.  
Quis hoc negaret? At vero ubi sunt duo, quorum u-  
nus alterum ex sua essentia, seu essentia sibi ac natu-  
ra omnino similem generavit, illic duas sibi o-  
mnino similes essentias seu naturas esse oportet.*

Non est &-  
niversaliter  
verum, ubi  
sunt duo,  
quorum u-

*Num hoc priori illo minus est evidens! Sane non est,  
nisi fascino quadam erroris dementati sensus sint.  
Sanum rationis S. Literarum luce collustratae ju-  
dicium est, nec evidens, nec verum hoc esse uni-  
versaliter. Schlichtingius vero perverse colligit,*  
hoc



hoc fascinatus præjudicio, quod nulla detur generatio proprie dicta, nisi in rebus materialibus & corporeis: cum potius ex eo, quod Christus in S. literis expresse vocatur Filius Dei proprius, & non similes vero Filius proprius ex usu loquendi non alium, quam ex substantia Patris genitum filium significet, nec aliam prorsus æquivocam, nullique intellectam atque ab usu loquendi prorsus abhorrentem, & cum eo pugnantem istarum vocum significationem configere fas sit, concludere debisset, etiam in Deo generationem proprie etiam locum habere, sed Deo dignam, ejusque naturæ infinite perfectæ, omnemque imperfectiōnem excludenti, convenientem, veluti quæ fiat citra essentiæ multiplicationem & divisionem: quarum illa unitati, hæc simplicitati Dei reputat. Unde porro sequitur, et si Deus Filium ex sua essentia, & essentia sibi ac natura omnino similem generavit, tamen unam tantum essentiam seu naturam esse oportere, quia alias plures essent Dii.

IX. Sed probatum it Schlichtingius, quod modo dixerat, cumulatis variis rationibus. Prima est: *rationes*, *Refelluntur*  
*Si enim sunt duo, quo pacto unica numero eorum potest esse essentia? num quispiam sine sua essentia & esse & numerari potest?* Et contra, *si unica est numero essentia, quo pacto erunt duo?* Resp. Personæ dividæ, Pater & Filius, constituuntur ex essentia, quæ illis communis & una numero est; & subsistentiis seu personalitatibus, quæ singulis propriæ, *1. Ratio.* *Resp.* *Pater & Filius, et si u-*



& a se invicem realiter diversæ sunt. Non enim est persona sine personalitate. Quandoquidē autē realiter distinctæ sunt personalitates Patris & Filii, etiam tamen duo personas realiter distinctas constituunt: & sic fit, ut duo sint Pater & Filius, etsi unam numero essentias, sentiam habeant, cum alia personalitate in Patre, & cum alia personalitate in Filio conjunctam. Etenim secundū quidem Pater & Filius, uti non sunt, ita nec numerantur sine sua essentia, id est, separati, divisi à ranter, & sua essentia: attamen non numerantur secundum suam essentiam, quæ una & eadem numero est in Patre & Filio, atque adeo numerari non potest; sed secundum suas personalitates, quarum alia est in Patre, alia in Filio. hæ enim numerari possunt, & facere quoque, ut & ipsæ personæ Patris & Filii numerentur, quæ per eas, tanquam formale suum, constituuntur

**2 Ratio.** X. Sequitur altera ratio: Si alter alterum generat, & alter ab altero generatur, nū vel ille sine sua essentia generat, vel hic sine sua essentia generatur? Quod si

**Resp.** In generatione ratione essentiæ generatur; non magis generantis. In genera- & generati una potest esse numero essentia, quam ali- tione divi- quæ se ipsum generare, & a se ipso generari posse. **Resp.** na Filii es- In generatione divina consideranda sunt, communica- producitur, Nicatio essentiæ, & productio personalitatis. Nam sed eadem Filius, ut supra dictum, ex essentia & personalita- unmero ef- te constituitur. Essentia Filii non producitur in sentia, quæ generatione, sed eadem numero essentia, quæ in Patre



Patre existit, Filio communicatur: nam si Filius in Patre  
essentiam haberet numero diversam à Patris ex- existit, Fi-  
sentia, Pater & Filius essent duo Dii. Persona- lio commu-  
litas vero Filii producitur: nam non eadem nu- nicatur: at  
mero personalitas, quæ in Patre existit, com- personalitas  
municatur Filio, sed alia, ab illa realiter distincta Filii produ-  
producitur; alias Pater & Filius essent una per- citur, nec  
sona. Eo ipso autem, quod Pater suammet ip- eadem nu-  
sius essentiam, eandem numero Filio communi- mero per-  
cat, Filium generare per essentiam dicitur. Un- que in Pa-  
de jam patet, generantis hoc modo per essentiam, communi-  
& generati, unam esse numero essentiam; cum catur Filio.  
interim generans ipse & generatus realiter di-  
stinguantur, per distinctas realiter personalitates,  
quæ, una cum essentia eadem numero, eorum  
constitutionem ac rationem formalem ingrediu-  
tur.

XI. Tertia ratio: Si alter alterum non tantum 3. Ratio.  
generet, sed etiā ex sua essentia generet, nū generantis  
ex sua essentia, & ex ea essentia generati unica nume- Resp.  
ro erit essentia? Quid enim aliud ex essentia suā ge- Deus dici-  
nerans generabit, quam essentiam essentiæ suā pla- bit ex essentia. At si una essentia erit generans, tur genera-  
altera erit ab eo genita, quo pacto erit una nume- re ex sua es-  
ro, non duæ essentiæ? Resp. Deus non alia ratio- sentia, in-  
ne dicitur generare ex sua essentia, quam quod suam essen- quantum  
tiam nu-  
dem numero Dei substantia sive essentia etiam mero can- dem com-



*municat Fi-* Filii persona constituatur. Quamobrem gen-  
*lio.* Deus non rantis ex sua essentia, & ex ea generati, unicam  
*generat es-* numero oportet esse essentiam. Nec generat  
*sentiam sue* Deus essentiam suæ similem; hoc enim fieri non  
*similem, sed* potest, alias duæ essent divinæ essentiæ, & sic  
*generat* plures Dii: sed generat personam constantem  
*personam* eadem numero essentia, & personalitate realiter  
*constantem* distincta à sua, generantis, personalitate, quæ adeo  
*eadem nu-* personam realiter distinctam à Patris persona con-  
*mero effen-* stituit.  
*sonalitate*

*diversa.* XII. Quarta & ultima ratio est: Si deni-  
*4. & ult.* que generans sibi similem essentia generat, duæ  
*Ratio.* erunt essentiæ. Nam una numero essentia si-  
*bi ipsi similis esse non potest.* Omne enim si-

*Resp.* mile alteri est simile. Resp. Nego hanc conse-  
*quentiam:* Si Deus generans sibi similem essen-  
*tia generat, duæ erunt essentiæ.* Nam probe di-  
*stinguenda sunt hæc duo: Deum generantem ge-*  
*nerare sibi similem essentia, & Deum generantem*  
*generare habentem suæ similem essentiam.* Pri-  
*us affirmamus: posterius negamus.* Et adver-  
*sus hoc posterius valet ratio à Schlichtingio ad-*  
*jecta: Una numero essentia sibi ipsi similis esse non*  
*potest. Omne enim simile alteri est simile.* Igitur  
*non essentia personæ divinæ generantis est similis*  
*essentiæ personæ divinæ generatæ; sed persona*  
*divina generans personæ divinæ generatæ similis*  
*est in essentia.* Personæ divinæ, generans & ge-  
*nera-*

nerata sunt fundamentum & terminus relationis similitudinis; essentia divina est ratio fundandi. Et quia personæ habentes essentiam divinam sunt distinctæ realiter, ideo similes dicuntur in essentia, et si ratio fundandi sit eadem per identitatem in illis.

XIII. Sed pertendit Schlichtingius, unam numero plurium personarum essentiam nullo modo cum generatione unius personæ ab altera conciliari posse; farraginem contradictionum vo- cans hanc doctrinam, & denuo acriter adversus pluriū per eam insurgens, Disp. cit. de SS. Trinitate &c. p. 400. & seq. Sic enim eo nomine invehitur ibi in Meisnerum nostrum, notari cupientem, quod Pater filium generet communicando essentiam, non numero diversam, ut fit in generatione physis personica, sed eandem: *Cumulat contradictionem* nā ab altero Meisnerus, ut contradictionem effugiat. Non sufficit ipsis dicere, unam esse numero plurium personarum essentiam: sed insuper etiam istarum personarum alteram ab altera esse genitam afferunt, seu unam alteri communicare essentiam; non numero diversam, sed numero eandem, ut hec ipsorum doctrina farrago quædam contradictionum sit. Nec cogantur fateri, si Deus generat Filium à se, essentiam Dei non fore unicam & singularissimam; ajunt, Patrem eandem numero essentiam communicare Filio, nihil penisi habentes, se dum unam con-

tradi-

*Schlichtin-  
gius perten-  
dens, unam  
numero*

*sentiam  
nullo modo  
cum gene-  
ratione u-  
nius perso-  
narum ef-  
ficiat.*



traditionem vitare volunt, in alteram incurrere. Multiplicationi divinæ essentiæ occurunt: sed Patrem, sed Filium, sed generationem hac ratione penitus tollunt. Quid ita Schlichtingi? Nam, inquit, vel essentiam Filii generat Pater, vel tantum

*Non essentiam personam.* Nos affirmamus posterius. Si tantum Filii personam, ait, cur dicitur ex essentia generare, essentiam communicare? Num ergo quidpiam aliud ex essentia generat Pater, quam essentiam?

*Pater personam.* & essentiam communicando non communicat essentiam? Resp. Tantum personam generans, dicitur ex essentia generare, essentiam communicare; quia personæ essentiam, quam ipse habet, eandem numero communicat, ita ut persona genera-  
ta, non esse illig personæ, com-  
municat es-  
sentiam.

alia & realiter distincta personalitate, constituantur. Non autem essentiæ personæ generatae Pater communicat essentiam: adeoque nec dici potest ex essentia generare essentiam. Pergit Schlichtingius: *Adde, quod persona, sive Patris sive Filii, ipsius sit essentia.* Nemo enim extra suam essentiam quidquam est. Itaque persona sive Patris sive Filii, vel nihil est, vel ipsa Patris & Filii essentia est. Resp. Persona sive Patris, sive Filii non est ipsius essentia, sed est aliquid, constans ex ipsius essentia & personalitate. Ad recte intelligendum illud, *Nemo extra suam essentiam quidquam est,* observari debet, vocem essentie, in personis & suppositis, sumi dupliciter, uti in Exercitationibus

bus meis Anti-Limborchianis, Exerc. II. cap. VII. num, X. à me notatum est. Prima essentia sumitur, contradistincte ad personalitatem vel subsistentiam, qua essentia seu natura substantialis ultimo terminatur. Deinde sumitur essentia, propter ut complectitur utrumque, quod in persona vel supposito includitur, nempe tum essentiam sive naturam substantialem, tum personalitatem vel subsistentiam, à qua natura illa ultimum substantiale complementum accipit; & significat aliquid constans natura substantiali & personalitate vel subsistentia, tamque rationem formalem & primum conceptum personæ vel suppositi designat. Priore modo accepta essentia, discriminis causa dici potest *essentia partis*; posteriore autem modo accepta, *essentia totius*; κατ ἀναλογίαν distinctionis illius, qua forma à Metaphysicis distinguitur in *formam partis*, qualis respectu hominis est anima rationalis; & *formam totius*, qualis respectu ejusdem est humanitas. Jam quando dicitur: *Nemo extra suam essentiam quidquam est*, loquendo de essentia totius, concedo; loquendo autem de essentia partis, nego. Vide hanc distinctionem uberiorum à me explanatam loco citato.

XIV. Fuit primum Socini argumentum, generationi proprie dictæ in Deo oppositum. Sequitur alterum, quod Schlichtingius, in Disp. de SS. Trinitate, &c. Artic. de Filio Dei, p. 403. re-

D cens-

*Alterū Soci-  
ni argumē-  
tum contra  
generatio-*



*nem in Deo* censet his verbis : Secundum Socini argumentum  
*proprae di-* à Dei aeternitate & perpetuitate sumptum est. Quid,  
*ctam.* inquit Socinus, cum incommutabili aeternitate ac  
 perpetuitate excellentissimi alicujus individui, cu-  
 jusmodi Deus est, magis pugnare potest, quam sibi  
 similem gignere ; cum sui similis generationem pro-  
 pterea in natura inveniri coustet, ut genitum in ge-  
 nerantis locum quodammodo succedat, id est , hoc  
 intereunte, illud remaneat, & sic subinde perpe-  
 tuuo fiat, quo rerum genera conserventur ? Resp.

Reſp.

*Non omnem* generatio-  
*nem profine* habere suc-  
*cessionem* geniti in lo-  
*cum gene-* men generaturi fuissent. Non morituros fuisse  
*rantis, pa-* homines, si non peccassent, docet nos Paulus,  
*ret exemplo* cum per peccatum mortem in mundum introisse te-  
*primorum* statur, Rom. V. 12: Cui consequens est, mortem  
*hominum.* in mundum non fuisse introituram, si non  
 fuisset peccatum. Nec diffitetur Schlichtingius,  
 in Commentario ad h. l. Oper. Exeget. Tom. I.  
 p. 202. b. scribens: Deus hominem creavit natura  
 quidem mortalem ; (cibus enim & multis externis  
 vitae adminiculis indigebat, ne alia nunc comme-  
 morem ) sed Dei beneficio, si contra vetitum non  
 fecisset, baud unquam moritum.

&amp;

& arbor vite, cuius fructu mortalis naturæ vires semper refici ac reparari possent, & peculiaris Dei cura ac providentia, quæ mortem exterius advenientem ab homine semper averteret; sed postquam Dei præceptum transgressus est, tunc & arbor vite ei adempta fuit, ipseque ex paradiſo pulsus, & Deus ipsum mortalis naturæ sorti ac conditioni reliquit: Unde mortem consequi necessarium fuit. Generaturos tamen fuisse homines, si non peccas- sent, patet ex Gen. I. 28. ubi legimus, Deum statim, postquam hominem creasset ad Imaginem suam, masculum ac fœminam, & antequam illis mandatum de non comedendo ex fructu arboris scientiæ boni & mali dedisset, benedixisse eis, & dixisse: *Crescite, & multiplicate vos, & implete terram.* Ex quo loco etiam Socinus initio sua- rum Prælectionum colligit, primum hominem etiam ante peccatum liberis procreandis ab ipso con- ditore Deo destinatum fuisse.

XV. Quæ ergo temeritas est, quod Schlich- tingius, in Disp. de S. S. Trinitate, &c. p. 405. ad- versus Meisnerum scribere non veretur: *Si gene- rare ex essentia seu essentiam sibi similem, na- turalibus tantum rebus competit, profecto ad supernatura-lia seu divina trahi non debet: si vero cum divinis ac supernaturalibus id commu- ne est, etiam ea, quæ necessario cum generatio- ne ex essentia cohærent, illis sunt applicanda.* Id

D 2 au-



autem vel in primis est generationis ex essentia unicus finis, & quo sublato, illa ut usum, ita, nec locum habet, qui est generis pereuntibus individuis conservatio, seu aeternitatis quedam imago & imitatio. Quocirca non nos naturalia principia divinis a supernaturalibus applicamus, sed vos ipsi: qui deinde, cum iisdem principiis urgemini, in contradictionibus effugia queritis, & quod semel applicuitis, iterum applicari posse negatis, quodque una adstruitis, mox destruitis altera, seu rem aliquam & esse & non esse simul affirmatis. Rursus postea, p. 408. Quid, inquit, generationem ex essentia & affirmas simul & negas? Affirmas, cum Deum ex essentia genuisse Filium contendis: negas, cum Deum aeternum esse, & generis propagatione non indigere agnoscis? Generationem ex essentia ponis, & finem illius proprium & necessarium tollis? Et mox pag. 410: Video vos, ubi visum est & expedit, nunc a creaturis ad Deum argumentando procedere, nunc mutata sententia omnem creaturarum cum Deo similitudinem procul allegare. Cum demonstranda vobis est generatio divina ex essentia, tum pulchre procedit argumentum ab animantibus ex essentia generantibus ductum. Cum vero nos ex eadem generatione ostendimus, plura fore divina individua, eandem numero essentiam non posse esse generantis & geniti, Patris & Filii, generationem ex essentia aeternitati repugnare; quippe qua conservandi tantum



tum generis causa detur in natura: tum vobis nefas & religio est à generatione creaturarum argumenta sumere, tum vobis omnia sunt frivola, ἐπάδευτα, & absurdā; licet revera non à creaturis, qua creaturæ sunt, sed ex ipsa generationis ex essentia natura & ratione sunt petita, ita ut qui ea tollat, banc sine contradictione retinere nequeat.

En hīc præclarum specimen, quam præceps & <sup>Summa</sup> confidens sit Schlichtingius in impingendis <sup>Schlichtin-</sup> doctrinæ contradictionibus; & quam lubri- <sup>gii temeri-</sup> <sup>tas, tum in</sup> cies fundamentis, tanquam indubitatis rectæ ra- <sup>fingendis</sup> tionis principiis, nitatur in iisdem demonstran- <sup>contradi-</sup> dis! Contradictio est Schlichtingio, generare ex <sup>ctionibus,</sup> essentia, & non generare ad conservationem ge- <sup>tum in con-</sup> <sup>generis, pereuntibus individuis.</sup> Ergo contradic- <sup>stituendie</sup> <sup>tionem implicat primorum hominum, peccato</sup> <sup>principiis</sup> <sup>rations</sup> non corruptorum, generatio, quam Deus ipse <sup>absolute u-</sup> instituit. Illi enim, si non peccassent, generaſſent <sup>niversalibꝫ,</sup> ex essentia sua; & tamen non generaſſent ad con- <sup>manifesto</sup> servationem generis, pereuntibus individuis: quia <sup>exemplio e-</sup> non peccantes, non fuissent mortui. Quonam <sup>stenditur.</sup> vero principio usus, demonstrat Schlichtingius, vere esse illam contradictionem, quam dixerat? hoc videlicet, omnem generationem ex essentia fieri propter conservationem generis, pereunti- bus individuis. Atqui hoc principium jam ever- sum vidimus manifesta instantia generationis pri- morum hominum, à Deo institutæ in statu inte- gritatis. Et tamen Schlichtingius de hoc princi-

D 3

pio,



pio, quod ne quidem in creaturis verum est universaliter, scribere ausus est, illud revera non à creaturis, qua creaturæ sunt, sed ex ipsa generationis ex essentia natura & ratione esse petitum. Vide quæ principia sibi fabricent isti homines, ut eorum præsidio non contradictionem unam, sed contractionum farraginem exsculpant ex Adversariorum suorum doctrina. Quod quidem ita agentibus facile est. Etenim principiis, tantum ex inductione rerum creatarum enatis, ut principiis simpliciter universalibus, & ex ipsa rei, Deo & creaturis communis, natura sive essentia in se atque in genere spectata, petitis utuntur, Deoque applicant: & si vident, ea nulla instantia ex *illis quæ in rebus creatis infringi posse, impotentius se effe-*  
*Scriptura runt, & quicquid contra afferatur ex S. literis,*  
*clare re-*  
*velata sunt,*  
*et si in ex-*  
*plicabili-*  
*bus obstru-*  
*re sunt revelata, et si inexplicabilibus obstructa vi-*  
*ficulatib⁹, deamus difficultatibus, firmiter & confidenter in-*  
*nibilomi-*  
*nus firmiter*  
*inbārendū.*  
*XVI. Nos vero illis, quæ in Scripturis cla-*  
*etas sint dif-*  
*lī Dei generationem proprie dictam, & ex sub-*  
*nianorum, stantia Dei factam impugnet hoc argumento:*  
*qui negant Quicquid contradictionem implicat, id Deus non*  
*inscriptura*  
*coig*

revelavit : Atqui Deum generare proprie & ex sua substantia , implicat contradictionem : Ergo Deum generare proprie & ex sua substantia , Deus non revelavit ; nos argumentum hoc invertentes, potiori jure argumentamur hunc in modum : Quicquid Deus revelavit , id non implicat contradictionem. Atqui Deum generare proprie & ex sua substantia , Deus revelavit. Ergo Deum generare proprie & ex sua substantia , non implicat contradictionem. Major est in confessio. Minor jam late probata est , ex appellatione *Fili Dei proprii*, Christo tributa Rom. VIII. 32: quem ullo alio modo sic dictum intelligi , quam quod à Deo proprie & ex ejus substantia sive essentia genitus sit , usus loquendi perpetuus , omnesque bonæ interpretationis regulæ vetant , ut ostendimus. Dogma autem ex Scriptura probatum , non debet infringi per principium philosophicum ; sed potius ex illius veritate , per Scripturam probata , hoc limitandum & explicandum est , ne Deus in Scripturis cogatur cedere Philosopho in acroateriis , uti in simili materia docte non minus , quam pie loquitur noster Keslerus , in Exam. Part. spec. Metaph. Photin. sect. II. princip. XIX. pag. 256.

XVII Audiamus ipsum Shlichtingum , in Disp. de SS. Trinitate , &c. adversus Meisner. artic. de Trinitate , pag. 65. Iterum , inquit , monemus , *Socinum hanc rationem* ( quod Trinitatis dogma cum sensu communi pugnet) non ita posu-

posuisse, ut illi soli nixus fidat; sed eo adjuncto; quod istud dogma etiam sacris literis aduersetur: eo ipso ostendens, se dogma hoc, quicquid tandem rationi aduersari videretur, si sacrarum literarum autoritate niteretur, pro vero agniturum esse. Et postea, pag. 80: Num vero nos in negando Trinitatis dogmate rem tantam humano committimus ingenio? nonne Scripturæ testimonium à vobis petimus? hoc conficti, protinus cedemus. Sane optandum esset Schlichtingum, aliosque istarum partium stare hoc promisso. Verum eos parum sincere hic agere, nec ante permettere ut ad verbi divini autoritatem provocemus, quam argumenta sua, ex ratione petita, dissoluta sint, propriis ipsorum met verbis docui in Exercitationibus meis Anti-Limborch. Exerc. I. Cap. II. num. VIII.

### XVIII. Alia adhuc ratione alioque argu-

*Alia* mento ex æternitate Dei ducto, generationem ex Schlichtingi essentia in Deo vellicat & laceffit Schlichtingius, *gii ratio* in Disp. de SS. Trinitate, &c. p. 407. scribens: *contra genitatem* Tanto magis verum erit, æternum à parte ante non ex essentia generare sibi essentia simile. *Quomodo enim ejus in Deo, ex dem essentiæ esse potest id, quod non semper fuit, æternitate cum eo quod semper fuit?* At generari aliquid, Dei ducta, & semper fuisse, implicat contradictionem. Omnes refellitur. *nisi enim generatio progreditur à non ente ad ens, quod qui negat, generationem esse generationem negare simul debebat.* Et p. 414. cum Meisnerus Divinam generationem dixisset æternam & arcanam

nam



nam productionem , qua Pater æternus Filium coæternum ineffabili modo producit , &c. inter alia hæc reponit : *Pater æternus, Filium coæternum ? At si Filius est, Patri coæternus esse non potest. Si enim Filius est, productus est : at qui productus est, non semper fuit, cum omnis produc-  
tio sit à non ente ad ens : qui vero non semper Non est ve-  
fuit, ei qui semper fuit, coæternus esse non potest.* *rum abso-*  
*Resp. Falsum est, in quo hæc fundantur, prin-* *lute, omnē*  
*cipium, omnem generationem, & generaliter generatio-*  
*omnem productionem progredi à non ente ad nem, & ge-*  
*ens : neque id conceditur à plurimis acutissimis-  
que Philosophis, docentibus creaturam aliquam  
potuisse esse ab æterno, si Deo eam producere  
placuisset. Quod inde probatur, quia nullam impli-  
cat contradictionē. Nulla enim hīc est repugnantia,  
vel à parte creatoris, vel à parte creaturæ, vel a parte Potuisset  
ipsius creationis. Non 1. à parte creatoris : quan- Deus, si vo-  
doquidem etiam causæ creatæ aliquando produ-  
cunt effectus, qui simul cum ipsis existant, ut sol luisset, cre-  
lucem in se, & lumen in aliis. Quanto magis aturam a-  
ergo Deus potuisset producere creaturam, quæ liquā pro-  
simul cum ipso existeret ? Nec 2. repugnantia est  
à parte creaturæ. Nam ad esse creaturæ nihil  
ulterius requiritur, quam ut non possit existere,  
nisi ab aliqua causa producatur, adeoque absolute possit non existere. Eadem vero fuisset ratio  
creaturæ ab æterno existentis. Denique nec 3.  
repugnantia est à parte creationis ipsius : quia  
E creatio*



creatio non sit successiva , sed simul tota atque indivisibiliter, estque adeo actio momentanea , & dicitur productio rei ex nihilo, non quasi nihilum sive non esse vel momento praecedere debeat rō esse sive existentiam rei, sed quod res producatur ex nullo præexistente subje<sup>c</sup>to. Si vero Deus potuisset creaturam producere ab æterno: quis dubitet eum quoque generare potuisse Filium sibi coæternum , existentem nec ante, nec post sui generationem , sed simul cum sui generatione & per illam; quia & Filius & generatio ejus fuerunt ab æterno, adeoque neutrum , tanquam æternum quidquam præcedere potest. quemadmodum si Deus creaturam produxisset ab æterno , ea non exstisset vel ante, vel post sui creationem , sed simul cum sui creatione, & per illam : quia tam creatura , quam creatio fuissent ab æterno. Nempe ad rationem productionis in gen-

*Ad rationem productionis in gen-*  
*productio-*  
*nere sufficit*, ut aliquid esse suum habeat  
*nis in ge-* ab alio ; non autem requiritur , ut illud ali-  
*nere suffi-* quando non habuerit. Sive aliquando non ha-  
*bit*, ut ali- buerit esse suum , sive semper habuerit , modo  
*quid esse* ab alio acceptum habeat, hoc ipso productum es-  
*sum habe-* fe intelligitur. Scholastici dicunt , de ratione  
*at ab alio,* productionis esse , accipere esse suum ab alio,  
*nec requi-* ritur ut a- sive quid esse suum ab alio accipiat cum novitate  
*ritur ut a-* liquando essendi , sive accipiat sine novitate essendi.  
*illud non*  
*habuerit.*

XIX.



XIX. Non præteribimus, quod Schlichtingius eadem pag. 414. in descriptione Meisneriana divinæ generationis ulterius desiderat, vexans modum loquendi, quod Pater Filium producat, cum verbis §. nostra præced. citatis hæc immediate præmittit: *Producit? igitur nondum produxit. Nondum igitur nec Pater est, nec Filius; immo nec unquam aut Pater erit aut Filius.* Et pag. 420, cum Meisnerus dixisset, *Pater Filium genuit non primum in tempore, sed genuit ab æterno, & gignet in æternum,* regerit Schlichtingius, hoc implicare contradictionem: *genitum esse, & tamen adhuc gigni, in æternumque generandum esse,* idque porro ostensurus, *Quis quæso, ait cit. p. 420. & seq., est iste Filius, qui & genitus est, & tamen genitus non est? cuius generatio & ab æterno perfecta est, & in æternum non perficietur?* At si genitus est, quomodo adhuc generatur? Si adhuc generatur, quomodo jam est genitus, nisi forte in perpetuo sit generationis fluxu, seu per continuam partium successionem existat. Ad hæc parata est responsio, Deum dici semper generare Filium, non quod generatio Filii nondum sit perfecta; sed quod illa perfecta & tota simul existens ab æterno, in æternum perseveret seu permaneat: quemadmodum divina rei creatæ conservatio vocari solet continua creatio, non quasi creatio non sit per generatione instantanea & in primo instanti perfecta, sed re Filium? quod duret quamdiu res creata durare debet, fit

E 2                    que

*Quo sensu  
intelligen-  
dum quod  
dicitur,  
Deum sem-  
per Filium?*



que adeo creatio rei & ejusdem conservatio una indivisibilis actio ; & quemadmodum, quamdiu in aere videmus lumen , non interrupte est solidis luce existens, dicimus solem non desinere illuminare aerem; non quod illuminatio aeris in primo instanti non sit perfecta ; (nam lumen in instanti diffunditur, quia contrarium non habens, non poscit moram ad sui productionem) nec quasi in singulis instantibus novum lumen in una eademque aeris particula, vel nova actio illuminandi producatur; (nulla enim est necessitas ita multiplicandi actiones) sed quod illuminatio, tota simul existens , tamdiu duret : nam lumen continua opus habet conservatione ; unde, cum primum corpus , quod illuminat, disjungitur , statim lumen , quod erat in ære, evanescit , ita ut amplius non sit. Conf. Exerc. nostram Anti-

*Repte etiā, quod ad modum loquendi at- tinet, recte etiam dici potest, Patrem non semper generare Filium; non tinet, dici potest, Deū sicuti v. g. non obstante eo, quod creatio rei, & ejusdem conservatio, sit una & indivisibilis actio, docentibus Philosophis; tamen cum res per creationem producta est, non amplius dicitur creari, sed conservari; non quod actio, per quam res est creata, in se desinat esse, sed quod desinat denominari creatio. Etiam in creatione eterna posset*

set ratione distingui creatio à conservatione. Ut enim illa creatio dicitur esse absolute in ipsa eternitate , ut simplex participatio esse creati , habet rationem creationis , ut vero in illa concipimus quandam successionem imaginariam, sic pro quolibet instanti signato talis successionis habet rationem conservationis. Quod vere eodem modo apprehendimus in æterna Verbi generatione. Ut enim est in sua eternitate , est vera productio & generatio , ut vero intelligitur coexistens instantibus nostri temporis aut imaginariis, est (ut ita dicam) permanentia quædam in eadem generatione: nomen enim conservationis, quod imperfectionem denotat, illi tribuendum non est. Vid. D. Tho. q. 3. de Potent. art. 14. ad 10. scribit Suarez Metaph. Disp. XX, sect. VI. num. XX.

XX. Pergit Schlichtingius adversus priorem loquendi modum disputare, p. 421: *Sole-tis h̄ic similitudine solis & lucis, quæ soli inest, uti, vel potius abuti.* Dicatis enim, ex solis substantia lucem perpetuo fundi vel gigni, qui si ab eterno existisset, & in eternum duraret, etiam ab eterno lucem ex se genuisset, & in eternum gigneret. At non videtis, similitudinem hanc prorsus esse dissimilem. Nec enim lux diversam à sole hypostasin habet, seu peculiare quoddam subjectum constituit, cum lux sit substantiæ solis naturale adjunctum, illicque perpetuo infixum , ita ut sine eo solis substantia nunquam esse potuerit: unde nec proprie ex solis

E 3 sub-



Substantia gigni, imo nec fluere aut emanare dici potest: sed tantum cum ea perpetuo durare ac duratura esse. At Filius vobis diversam à Patre personam constituit, proprieque à Patre genitus esse dicitur. Adde, quod si sol ex se lucem vere gigneret seu funderet, lux ista foret ens in fieri, ut Scholastici loquuntur, seu in perpetua partium successione consisteret, qualem si Filii personam esse dicatis, eo ipso Deum esse negatis. At patet ex dictis ne solis luce s. præced., similitudinem solis, ac lucis quæ soli in se, & lu- inest, itemque solis ac luminis, quod à sole pro- men in aere ductum aeri inest, non esse dissimilem, si scopum producen- spectes, ad quem ea à nobis refertur. Nihil enim tis, non a- aliud ista similitudine ostendere volumus, quam lium in fi- usitato modo loquendi actionem jam peractam ac nem uti- perfectam nihilominus dici adhuc fieri, & rem mur, quam ut obenda- per actionem productam ac perfectam dici adhuc mus, actio- produci, ob actionum istarum durationem ac per- nem jam manentiam. Nonne ita usitate loquimur, quan- peracta & do luce solis jam producta, dicimus solem adhuc perfectam ex se fundere lucem suam, & quando illuminato usitato lo- jam aere, dicimus solem adhuc eum illuminare, quendim o- do dici ad- quia fusio lucis & illuminatio aeris perseverant. buc fieri. Atque hoc ipsum ad generationem Filii Dei applicamus, indeque docemus, recte quoque, genera- tione Filii Dei jam perfecta, dici posse Filium Dei adhuc generari, quia generatio Filii Dei durat per- fecta, nec evanescit ac perit. Nonne in hoc tertio ges- neratio, qua Deus generat Filium, & actio, qua sol



sol fundit lucem ac lumen, bene convenientiunt? Ultra illud tertium vero similitudinem istam extendi nolumus. Nihil igitur refert, Filium Dei substantiam esse, lucem & lumen accidentia. In eo vero, quod lucem solis, quæ substantiæ solis naturale adjunctum, illique perpetuo infixum est, negat Schlichtingius fluere aut emanare ex solis substantia, adversatur plerisque & principibus Philosophis, quis solis lucem a sole oriri ac produci, atque adeo emanare docent, & causam per emanationem dicunt esse hujusmodi causam, à qua effectus immanenter per necessariam ac perpetuam dependentiam emanat. Et quid diceret Schlichtingius de lumine quod a corpore lucido oritur in corpore illuminato? Hoc lumen sine controversia producitur vere a corpore lucido, nec tamen ultima causa est, cur illo posterius vel momento esse statuatur.

XXI. Porro cum Meisnerus dixisset, divinæ generationis actum esse indefinitem, sine successione, Schlichtingius cit. p. 421. novas inde contradictiones contexit. *Hoc inquit, non est tollere contradictionem, sed augere.* Generationis actus est indefinens, & tamen sine successione? quid audio? ergone indefinita erit sine indefinitia? successio sine successione? Quid enim est generationis actus indefinens, quam generatio continua? At si continua generatio sine successione esse potest, etiam successio sine successione esse potest. Continua-

tio



*Non est ius enim actionis, partium actionis successio est. Fe-  
contradi-  
ctio, atque  
generatio-  
nis divine  
fateri esse  
fine succes-  
sione, & ta-  
men eum  
vocare in-  
desinente.*

*licis ingenii est Schlichtingius in inveniendis con-  
tradictionibus, ubi nullæ sunt. Generationis a-  
et us non alia ratione dicitur indefinens, quam  
finit seu perit, sed durat ac perseverat. Non er-  
go successionem habet in se ipso, sed tantum il-  
lius duratio per cōexistentiam ad successionem  
temporis infinitam à nobis concipitur. Unde nec  
re ipsa est continuus actus, (quippe indivisibilis &  
partium expers) sed quando ita appellatur, id  
totum rursus ad nostrum concipiendi modum est  
referendum, simili ratione, qua conservatio rei  
creatæ continuata ejus creatio dici solet à Philo-  
sophis.*

*Occurritur Schlichtin-  
gio, Socini Socino, Schlichtingius generationem propriæ di-  
argumen-  
tam adver-  
sus genera-  
tionē pro-  
prie dictam que rationem, ad idem probandum ex morte Fi-  
lii Dei llii Dei proprii petitam. Meminimus, eam nos  
proprii, ex jam supra §. V. attigisse, &, dicente Schlichtin-  
gio, talem proprium Dei Filium intelligi, quem  
Dei proprii tradere Deus pro nobis in mortem potuerit, qua-  
petitum, ul-  
lis profecto non sit Filius ex Dei essentia ab æter-  
nus ur-  
genti, no-  
visque in-  
stantiis datum esse, non secundum naturam suam divi-  
nam*



nam , secundum quam ex Dei essentia ab æterno genitus est ; sed secundum naturam suam humana , secundum quam ex Virginis Mariæ essentia in tempore genitus est. Nunc Schlichtingio , ad instaurandum hoc certamen suppetias ferenti , occurremus. Cum enim simili modo respondisset Meisnerus , Brev. Consid. Theol. Phot. p. 501 . fin. *Mortuus est, inquiens, vere ipse unigenitus Dei Filius, non quidem quoad suam divinitatem, que impassibilis est & immortalis, sed in sua carne, que pati morisque potuit; instat Schlichtingius, Disp. Instantia de SS. Trinitate, p. 584: Hanc cantilenam jam du-* Schlichtingius *dum audimus, & plane dissonam nunc esse ostendimus. gii.*

*Quærimus enim, num ista caro, ista natura humana, quidquam ad ipsum Dei Filium formaliter & vere sic dictum constituendum pertineat: num vero non pertineat. Si pertinet; ergo, antequam carnem assumeret, Dei Filius vere ac formaliter non fuit: si non pertinet, quo pacto carne seu humana natura moriente ipse Filius vere ac prærie est mortuus?*

Respond. Natura humana ad Filium Dei formaliter Reß.  
*sic dictum constituendum non pertinet: est enim Et se Natura humana ad Filium Dei,*  
*Filius Dei formaliter sic dictus persona, à divina tantum natura denominationem habens, inde- formaliter que ab æterno exstitit, non existente humana sic dictum, natura. Nihilominus postquam Filius Dei incar- constituens est, id est, postquam persona illa, quæ à di- dū non per- vina natura denominatur Filius Dei, intra hypo- tinet: acci- stas in seu personalitatem suam assumptus humanam men, post- naturam, quam ille*

F



*incarnatus naturam, atque per illam, & ab illa etiam homo est, natura facta & denominata est; humana natura moriente, Filius Dei recte mortuus esse dicitur, non formaliter consideratus ut Filius Dei, sic enim mori non potest; sed ut filius hominis & homo factus. esse dicitur* Nam humana natura moriente, homo est mortuus. Ille autem homo mortuus erat Filius Dei. Ergo Filius Dei est mortuus. Cum enim homo & Filius Dei sint una persona, quæ ab humana natura homo, a divina Deus denominatur; fieri non potest, ut, homine moriente, non moriatur Filius Dei, eo ipso, quod homo & Filius Dei non sit alia atque alia, sed una atque eadem persona. Quanquam homo, ut homo, mortuus est, quia homo denominatur ab humana natura, quæ mori potuit; Filius Dei vero, ut Filius Dei, non est mortuus, quia Filius Dei dicitur à divina natura, quæ mori non potuit.

XXIII. Huc respexit Meisnerus, l. c. p. 502. addens: *Hæc ipsa enim assumta caro tam propria est Filio Dei personaliter, quam ipsi propria est Divinitas essentialiter, atque sic moriente Filio Mariæ, moriebatur ipse Filius Dei, quippe qui in unitatem suæ personæ hoc fine assumfit humanam naturam, ut in illa pro salute generis humani pateretur ac moreretur.* Ad quæ iterum Schlichtingius, dicta pag. 584: *Quid sibi vult per hæc verba Meisnerus, carnem assumtam propriam esse Filio Dei personaliter? An, quod caro ad essentialiam Filii Dei referenda non sit, sed tantum ad personam? Ut jam mittamus, personam nihil aliud esse quam ipsam*



ipsam per se subsistentem essentiam, quæri-  
mus, an caro assumta ita fuerit Filio Dei persona-  
liter propria, ut personam Filii Dei constituat: an  
ita, ut non constituat. Si prius; profecto ante as-  
sumtam carnem Filius Dei persona non fuit; qua-  
re ne Filius quidem Dei esse potuit. Si posterius;  
quo pacto, quia caro fuit mortua, idcirco vere &  
proprie ipsa Filii Dei persona mortua fuisse dicen-  
da est? Resp. Quid sibi velit per hæc verba Mei-  
snerus, carnem assumtam propriam esse Filio Dei  
personaliter, satis declaravit per sequentia, cum  
diceret, *Filium Dei in unitatem suæ personæ  
assumisse humanam naturam*, ut nimirum ex hu-  
mana natura, subsistente jam personalitate seu  
subsistentia, qua subsistit divina natura Filii Dei, & ex  
divina natura Filii Dei ita personaliter unitis; fieret  
una persona, quæ simul esset Deus & homo. Nam  
persona non est ipsa natura seu essentia subsistens, sed  
habens naturam seu essentiam subsistentem: quan-  
doquidem homo v. g. quod est nomen personæ, est  
concretum; humana natura, abstractum: abstractū  
autem non prædicatur de concreto, nec homo  
est ipsa natura humana, sed habens naturam hu-  
manam; sicuti album non est ipsa albedo, sed  
habens albedinem. Evidem caro assumta non  
constituit personam Filii Dei, formaliter sum-  
tam, seu quatenus est persona Filii Dei: attamen  
quia persona Filii Dei, assumta intra hypostasin  
suam humana natura, etiam hominis persona fa-  
cta est, ita ut jam Filii Dei persona & hominis

F 2

per-



persona facta sit una persona ; utique , moriente humana natura , non tantum hominis persona mortua est , sed mortua quoque est Filii Dei persona : quia hominis persona & Filii Dei persona est una persona. Et mortua quidem est hominis persona formaliter considerata , quatenus nimirum est hominis persona : at Filii Dei persona , non formaliter , sed materialiter considerata , mortua est , id est , persona quæ est Filii Dei persona , non autem , quæ est Filii Dei persona ,

*Absurd⁹ est Schlichtin-*  
*tandem absurd⁹ deve-*  
*nire vos oportet , ut non so-*  
*lum Filiū Dei unigenitum , sed ne hominem qui-*  
*tia colligēs , dem Jesum Christum , vere ac proprie mortuum fu-*  
*ne hominē isse , vobis dicendum sit , quippe qui secundum ve-*  
*ridem Je- stra placita ne persona quidem ulla fuerit , sed tan-*  
*sam Christū tum ad personam assumta natura , que profecto cum*  
*vere ac pro- ipsa persona non sit , ne mori quidem vere potuit.*  
*prie mor-*  
*euum fuisse . At vero absurdæ sunt Schlichtingii consequentiæ ,*  
*quippe qui quibus nos deducere vult ad absurdum. Eo ipso*  
*secundum enim , quod ad personam Filii Dei assumta fuit*  
*nostra pla- humana natura , ex hac natura humana , & per-*  
*citane per- sonalitate , intra quam illa assumta fuit , quaque*  
*sona quidē terminatur & subsistit , orta est persona hominis ,*  
*ulla facit. & hæc persona est Christus , qui simul est Filius*  
*Dei , & sic θεάρθρως , Deus & homo in una perso-*

*Negat ex na.* Habemus igitur hominem Jesum Christum ,  
*male intel- qui vere ac proprie mortuus fuit. Assumtam*  
*leto quodā vero humanam naturam , cum ipsa persona non*  
*sit ,*



fit, ne mori quidem vere potuisse, error est in *axiomate Philosophiæ humanae*. *Actiones sunt suppositorum*: quo tantum significatur, actionem & passionem, cuius principium *turam mortis* inest supposito, ultimate denominare suppositum potuisse, non vero negatur simpliciter, aliquid, quod suppositum non sit, ab actione & passione vere & proprie denominari. Certe anima cognoscit & sapit, ut ait Aristoteles, de Anima, lib. III. cap. IV. text. 1. quandoquidem est principium adæquatum actionum intelligendi, nec influxum activum in eas præstat corpus: & tamen anima non est suppositum. Vid. de sensu istius axiomatis pluribus agentem Stalium, Reg. Philos. Part II. Disp. I. Reg. II.

XXIV. Audivimus modo dicere Schlichtingum, hominem Jesum Christum, secundum nostra placita, ne personam quidem esse; sed esse tantum ad personam assumtam naturam. Nihilominus mox quoque audet inferre ex nostra sententia, in Christo duo esse supposita, dicitque, *ex nostra hypostasin applicatam naturæ divinæ fore suppositum filii; applicatam naturæ humanæ, fore suppositum hominis.* *Duo*, ait. p. 589. *sunt hic* *supposita, non unum, Meisnere.* *Ipsa hypostasis* *que, hypostasis applicata naturæ divinæ, erit suppositum filii; applicata naturæ humanae, erit suppositum hominis.* *Neque vero propter re divina, eandem hypostasin debet id tribui vere ac proprie* *esse suppositum filii;*



applicatam filio Dei, quod competit homini, aut homini, quod  
 naturae hu- competit Dei filio; quandoquidem nec homo est filius  
 mane, esse suppositum Dei, nec filius Dei est homo vere ac proprie, nec ex  
 utroque tanquam partibus hypostasis ipsa componi-  
 hominis. tur. Hoc sane pacto non minus vere ac proprie di-  
 ci posset, hominem ab aeterno ex Patris essentia es-  
 se genitum, esse ipsum Deum, quandoquidem non  
 minus humana natura, quam divina, persona fi-  
 lii unita est ac copulata. Hinc porro appareat, quid  
 sentiendum sit, tum de Patrum illa contra Nesto-  
 rianos controversia, quam ad suæ sententiæ illus-  
 trationem affert Meisnerus: tum de eo quod Patres i-  
 stos imitatus concludit. Etiam si enim Christus cum  
 humana natura conjunctam haberet divinam per-  
 sonam, quod falsum est, nihilominus nec Maria ma-  
 ter esset ipius divinæ personæ vere ac proprie: nec  
 mors Christi esset vere ac proprie mors Divinæ per-  
 sonæ, quandoquidem Divina persona tota est & in-  
 tegra ante natam aut assumtam carnem; nec à car-  
 ne ullo pacto constituitur aut perficitur. Resp. U-  
 num est hic, Schlichtingi, suppositum, non duo.

*Ipsa hypo-* Sane ipsa hypostasis sive subsistentia formaliter  
*stasis, appli-* non est filius, vel homo; neque etiam applicata  
*cata natu-* naturæ divinæ vel humanæ, est suppositum filii  
*re divina* vel hominis; sed cum natura divina, vel huma-  
*vel huma-* na, facit sive constituit suppositum filii vel homi-  
*nae, non est* nis: quia suppositum in recto nec subsistentia,  
*suppositum* filii vel ho- nec natura est, sed aliquid habens naturam & sub-  
*minis* sed sistentiam quemadmodum v. g. homo in recto ne-  
*cam natu-* que



que anima neque corpus est, sed aliquid constans ex anima & corpore. Et natura quidem est materiale suppositi, subsistentia formale. Sicuti autem una est subsistentia, qua, tanquam propria, terminatur divina natura, & qua simul, tanquam situm filii aliena, terminatur humana natura: ita, quod inde constituitur, suppositum hominis, non est diversum à supposito filii, sed unum idemque. Quo stante jam cadunt omnia, quæ sequuntur apud Schlichtingium. Neque vero, ait, propter eamdem hypostasin debet id tribui vere ac proprie filio Dei, quod competit homini, aut homini, quod competit Dei filio. Quidni? Quandoquidem nec homo tribuitur est filius Dei, nec filius Dei est homo vere ac proprie. Agnoscis ergo, si homo sit filius Dei, & proprie Filius Dei sit homo vere ac proprie, tribuendum esse vere ac proprie filio Dei, quod competit ho- mini; & homini, quod competit filio Dei? Benigne. Atqui jam ostensum est, hominem esse filium Dei, & filium Dei esse hominem vere ac proprie, quod tu hic perperam negas, hanc ad- dens rationem: *Hoc sane pacto non minus vere & proprie dici posset, hominem ab aeterno ex Patris essentia esse genitum, esse ipsum Deum.* Imo maxime. Quia una eademque persona est homo & Dei filius; vere & proprie dici potest, hominem esse Deum, & Deum esse hominem: sensus enim harum propositionum est, personam habentem humanam naturam, esse personam habentem di-

yinam



vinam naturam , & vice versa : quod verum est eo ipso , quod in Christo non est alia persona habens humanam naturam , & alia persona habens divinam naturam ; sed una & eadem persona , quæ habens naturam humanam , simul etiam habet divinam. Et sicuti ob unitatem personæ recte dico , Deum esse hominem , & hominem esse Deum ; ita quoque recte ea , quæ sunt hominis , Deo , & quæ Dei sunt , homini tribuo , dicendo v. g. hominem esse ab æterno ex Patris essentia genitum , i. e. personam , habentem humanam naturam , esse ab æterno ex Patris essentia genitum , non quidem qua habet humanam naturam , sed qua habet divinam naturam ; itemque Deum esse mortuum , id est , personam , habentem divinam naturam , esse mortuam , non quidem , qua habet divinam naturam , sed qua ha-

*Patres Ecclæsæ, cum Nestorianis disputationem quod attinet, inducit eos argumentantes Meissnerus, in Brevi Consid. Theol. Photin. Cap. IV. p. 505. Pafenduntur tres, inquit, Orthodoxi sic concluserunt: Mater ejus, qui est verus Deus, est Mater veri Dei. At Maria est mater ejus, qui est verus Deus, nimirum Jesu Christi. Ergo Maria est mater veri Dei. Similem ad modum nos argumentamur: Mors ejus personæ, quæ est unigenitus Dei filius, vere est mors unigeniti. Sed mors Jesu Christi est mors ejus personæ, quæ est unigenitus Dei filius. Quare mors Jesu*



Jesu Christi vere est mors unigeniti, & perconsequens, licet in sua carne, non secundum Deitatem, vere tamen mortuus est unigenitus Filius, non secus ac Maria vere Deum peperit, quamvis non secundum Deitatem; sed humanitatem peperit. Frustra hic est Schlichtingius, dicens, *nec Mariam matrem esse ipsius divinæ personæ, nec mortem Christi esse vere ac proprie mortem divinæ personæ: quandoquidem divina persona tota & integra sit ante natam aut assumtam carnem.* Hoc enim non est argumentum solvere, quia nec ad majorem, nec ad minorem respondetur; sed negare conclusio nem. Nam primi argumenti ista erat conclusio, Ergo Maria est mater veri Dei, (personæ divinæ;) & secundi hæc: Ergo mors Christi est mors unigeniti Filii Dei, (personæ divinæ.) Necratio, à Schlichtingio adjecta, quicquam probat. Nam licet divina Filii persona, formaliter atque ut talis spectata, tota & integra sit ante natam & assumtam carnem; tamen quia Maria est mater ejus, qui est Divina persona, nempe Christi; hinc Maria recte dicitur mater Divinæ personæ: & quia mors, de qua loquimur, est ejus, qui est Divina persona, nempe Christi; hinc mors illa recte Divinæ personæ mors dicitur.

XXV. Progreditur Schlichtingius Disp. de *Alia Socini* SS. Trinitate, &c. p. 590. ad aliam Socini instantia, scribens: *Urget adhuc validius Socinus, ostendens non tantum vere ac proprie istud de Filio tantum non vere & pro-*

G

Dei



prie, sedne- Dei unigenito dici non posse , quod fuerit mortuus,  
 que per ul- sed neque per ullum loquendi modum. Adde , in-  
 tum loquen- quit Socinus, quod ne per ullum quidem loquendi  
 modum dici possit , modum dici possit , unigenitum Dei filium fuisse  
 Filiū Dei mortuum , si substantia aliqua Divina , que in Chri-  
 fuisse mor- sto esset , foret ipse Dei filius unigenitus , quemad-  
 tuum , in modum si hominis anima immortalis sit , sicut est im-  
 fringitur. mortalis divina substantia , ne per loquendi quidem  
 modum ullum dici poterit ipsam hominis animam  
 mori , licet corpus moriatur. Resp.: Anima in  
 homine comparari debet cum divina natura Fi-  
 lii Dei unigeniti , non cum ipso Filio Dei unige-  
 nito ; abstractum cum abstracto , non abstractum  
 cum concreto : quia abstracti & concreti longe  
 diversa est ratio. Quemadmodum immortalis a-  
 anima non potest dici mori , licet corpus , ei uni-  
 tum , moriatur : ita natura Divina Filii Dei uni-  
 geniti non potest dici mori , licet humana natura ,  
 personaliter ei conjuncta , moriatur. Hinc vero  
 non sequitur , nec unigenitum Dei Filium dici  
 posse mori. Nam moriente humana natura ,  
 moritur homo : quia actiones sunt suppositorum .  
 At moriente homine , hīc moritur unigenitus  
 Dei Filius : quia homo est unigenitus Dei Filius ,  
 ob unitatem personæ . Nam homo moritur. U-  
 nigenitus Dei Filius est homo. Ergo unigeni-  
 tus Dei Filius moritur.

*Schlichtingus* XXVI. Sed videns Schlichtingius , quæstio-  
*git connexus* nem omnem , de morte Filii Dei proprii & uni-  
 geniti ,

geniti, ad unitatem personæ θεανθρώπων devolvi, <sup>evertendis u-</sup>  
ulterius eidem se opponit, atque contra unionem <sup>nitatē per-</sup>  
ac compositionem istam, qua ex duabus naturis, <sup>sonē θεαν-</sup>  
divina ac humana, una persona sit composita, hoc <sup>θρώπων cō-</sup>  
pacto contendit, Disp. de SS. Trinitate, &c. p.

595: Quero, inquit, an vera sit ista compositio, seu  
an ex divina persona, ac humana natura vere quid-  
piam unum effectum sit? Si negabit, quo pacto u-  
num suppositum ex illis constituit? quo pacto id quod  
uni naturæ tribuitur, toti isti non vero sed imagina-  
rio, idque proprie tribui affirmat? Si dicet vere u-  
num factum esse ex divina persona & humana natu-  
ra: iterum queram, num per istam unionem nova  
quædam persona fuerit exorta, an eadem illa, quæ  
prius erat, permanserit, nulla alia exorta nova.  
Illud si dicat, aut persona Filii Dei, quæ prius erat,  
esse desit: aut due sunt personæ, altera nova, al-  
tera vetus, altera simplex, altera composita. Hoc  
si dicat, quo pacto quod uni tantum parti suppositi  
totius tribuitur, alteri quoque parti vere ac proprie  
tribui potest? Num idcirco mortua fuisse dicenda  
est divina persona, quæ est una istius compositi  
pars, quia humana natura, quæ est pars altera, fuit Ex divina  
mortua? Resp. Vere unum factum est ex divina persona &  
persona & humana natura, atque ita factum est humana  
unum, ut per istam unionem non nova quædam natura vere  
persona, prorsus diversa à Divina persona, exor- <sup>unum factū</sup>  
ta fuerit, sed eadem illa Divina persona, quæ est, un. i per-  
sona, quæ prius erat, permanserit, & humanâ naturâ (ut sic ante acci-  
dicam) tra <sup>ante acci-</sup> union



cum huma- dicam) auctior facta fuerit; atque adeo non duæ  
 na naturæ sint personæ, altera nova, altera vetus, altera  
 veter & sim- plex, post u- simplex, altera composita, sed una, quæ ante ac  
 plex, post unionem vero citra unionem cum humana natura, vetus & sim-  
 accum uni- plex, post unionem vero ac cum unione specta-  
 one specta- ta, nova secundum quid, ob accessionem huma-  
 ta, nova se- cundū quid næ naturæ, & composita dici possit. Et quia Di-  
 ob accessione vina persona, ab assumta intra hypostasin suam  
 nē humanae humana natura, etiam homo denominatur; id-  
 naturæ, & circa cum mortua est humana natura, non tan-  
 composita tum homo, sed etiam Divina persona mortua fui-  
 dici possit. se dicenda est, ob unitatem personæ humanæ &  
 divinæ. *Præterea*, ita pergit Schlichtingius cit.  
 pag. 595. & 596, quo pacto vera compositio esse po-  
 test ex persona aliqua integræ, & in sua personali  
 perfectione permanente, & ex natura aliqua illi ad-  
 juncta? Num vere unum ex pluribus fieri potest, cum  
 vel unum vel plura suam naturā retinent, & eadem  
 plane nihil immutata manent, nec vere pars alterius  
 efficiuntur? Certe non nisi aggregatione talia unum  
 sunt. Imo contradic̄tio aperte involvitur, cum talia  
 unam personam fieri, aut in unam personam, coale-  
 scere dicuntur. Resp. Omnino vere unum ex  
 pluribus fieri potest, etsi inter plura illa unum  
 plane nihil immutatum maneat. Atque hoc ve-  
 re partem alterius effici, licet multi negent, ego  
 Non perti- tamen affirmare minime dubito: quandoquidem  
 tinet ad es- de essentia partis non est, esse aliquid incomple-  
 sentiā par- tum & imperfectum, & esse ex se & natura sua  
 tis, ut sit a- liquid inco- ordi-



ordinatum ad constituendum cum altero ens ali- pletum &  
quod tertium; sed essentia partis in hoc consistit, quod imperfectum,  
aliquid alteri unitum, una cum illo constitutam rem u- sitque ex se  
nam proprie, sitque adeo aliquid illius rei compositae, sua, ordin- & natura  
non ipsum illud totum compositum, ut bene docet Ro natum ad  
dericus de Arriaga, Dispp. Theol. in Thomam Tom. constituendum cum  
VI. Disp. XXVIII. sect. II. num. 10. cuius verba hic altero ens  
appono: Objicit Durandus, inquit: Ubi non sunt pro- tertium;  
priæ partes, non est propria compositio; sed in Chri- sed essentia  
sto non sunt verae partes; nam Verbum non est pars, partis in eo  
nec entitas partialis; hoc enim dicit imperfectio- consistit,  
nem & incomplementum; ergo. Respondeo, ali- quod alteri unitum,  
quos ex his, qui sententiam nostram defendunt, quid, alteri  
(nempe quod persona Christi sit composita) cen- una cum il-  
sere hoc nomen, pars, dicere imperfectionem; lo constituta, non ip-  
quia significat perfectibile per unionem; ideoque ad- at rem u-  
mittunt compositum sine partibus propriis; ut Hur- nam pro-  
tadus disp. 19. §. 7. qui tamen in hac doctrina prie sitque  
non videtur sibi constans; nam §. 3. dixerat, adeo ali-  
partem non semper accipi pro ente imperfe- quid illius rei compo-  
ctio & incompleto, sed pro eo, quod consti- ta, non ip-  
tuit simul cum altero aliquid, & non est totum sum illud  
ipsum: id quod ego verissimum judico, ac proinde totum com-  
censeo etiam quoad modum loquendi nullam in hac positionem.  
voce, pars, imperfectionem includi. Unde Justinianus in Edicto Fidei quod habetur Tomo 2. post  
concilium Toletanum II. columnæ 2. Nicetas in Ora-  
tione 142. Nazianzeni, quæ est secunda in Pascha,  
super illa verba, Quocirca agnus quidam, & alii



Patres concedunt proprie partes in hoc composito; quia putant non esse de essentia partis, quod sit incompleta aut imperfecta; aut quod ex se ordinetur ad componendum cum altera parte; sed satis esse ad rationem partis, quod sive naturaliter, sive supernaturaliter constituat unum totum cum altera re, & revera vox hæc pars, non est instituta ad imperfectionem ullam significandam, (ut male supponit Hurtadus) sed, ut dixi, ad significandum id, quod constituit simul cum altero aliquam rem, seu, quod est aliquid illius rei compositæ, & non est totum compositum Hæc Arriaga. Ad quorum confirmationem facit definitio Totius, ab Aristotele Metaphys. lib. V. cap. XXVI. tradita: *Totum est id, quod ita continet ea, quæ continentur, ut illa sint unum.* Unde ex opposito Pars fuerit quodlibet eorum, quæ ita in toto continentur, ut sint *claditus*, unum. Quæ definitio partis competit etiam personam Filii Dei, prout una cum humana natura assumpta personam compositam Christi Θεανθρώπου constituit. Eo ipso enim persona Filii Dei est aliquid eorum, quæ ita in toto, nempe persona composita Christi Θεανθρώπου, continentur, ut sint unum. Nam persona Filii Dei, & humana natura ab ipso hypostatice assumta, cum unum Christum Θεανθρώπον constituunt, sunt unum in ipso per unionem realem, non unum per aggregationem, quia quæ tantum per aggregationem uuum sunt, possit. Addit adhuc Sclich-

*Hinc continentur, unum. Quæ definitio partis competit etiam personam Filii Dei, prout una cum humana natura assumpta personam compositam Christi Θεανθρώπου constituit. Eo ipso enim persona Filii Dei est aliquid eorum, quæ ita in toto, nempe persona composita Christi Θεανθρώπου, continentur, ut sint unum. Nam persona Filii Dei, & humana natura ab ipso hypostatice assumta, cum unum Christum Θεανθρώπον constituunt, sunt unum in ipso per unionem realem, non unum per aggregationem, quia quæ tantum per aggregationem uuum sunt, possit.*

tin-

tingius p. 596: *Et ut demus, ex divina persona & humana natura unum Verum suppositum effectum esse: sane Christus nec vere Deus aut Dei Filius erit amplius, nec vere homo, sed quiddam ex his tertium; quemadmodum homo ex anima & corpore compositus, nec anima vere est, nec corpus, sed quiddam tertium ex utroque compositum.*

Resp. Longe alia ratio est, qua ex divina persona & humana natura unum suppositum effectum est, & qua ex anima & corpore unum suppositum efficitur. Quando ex anima & corpore unum suppositum efficitur, nec anima, nec corpus, sed tantum id, quod ex utroque componitur, est suppositum: Unde nec anima dici corpus, nec corpus dici anima, nec qui ex utroque constat, homo dici anima vel corpus potest. At quando ex Divina persona & humana natura unum suppositum effectum est, Divina persona mansit suppositum divinum, & ex humana natura

ac subsistentia divina, intra quam illa assumta fuit, ortum est suppositum humanum, non diversum à supposito divino, sed unum idemque cum illo suppositum, hoc ipso quod Dei & hominis una est subsistentia, nec humana natura habet propriam subsistentiam, sed terminatur & subsistit subsistentia aliena, nempe subsistentia Divinæ personæ, quæ apud humanam naturam supplet vicem propriæ subsistentiæ. Atque hinc fit, ut homo dici Filius Dei, & Filius Dei dici homo, &

Chri-

divina  
natura  
humana  
tertium  
ex utroque  
compositum

Aliter ex  
divina per-  
sona & hu-  
mana na-  
tura unum  
suppositum  
effectum est,  
aliter ex a-  
nimis &  
corpore u-  
num suppo-  
situm effici-  
tur.



Christus dici Filius Dei possit, ob unitatem suppositi: quia homo, Filius Dei, & Christus, unum idemque sunt suppositum, unam simplicem atque indivisibilem subsistentiam habens.

*Contendit  
Schlichtin-  
gus, hu-  
manam  
Christi na-  
turam ba-  
bere subsi-  
stentia pro-  
priam.*

XXVII. Non potest concoquere Schlichtingius, quod modo docuimus, humanam Christi naturam non habere propriam subsistentiam, sed assumtam esse intra subsistentiam Filii Dei. Quare cum Meisnerus, ostendere volens, qui fiat, ut natura Christi humana singularis subsistentiam suam propriam non habeat, dixisset Brevi considerat. Theol. Photin. p. 511: *Ordinarie quidem omnis natura humana singularis vel individua perse subsistit, propriamque personam constituit, quia peculiaris subsistentia immediate profluit ab essentia extra causas producta: sed in Christi conceptione per innumbrationem virtutis Altissimi fluxus ille propriæ personalitatis vel subsistentiæ impeditus est extraordinarie; prævenitque æternus Dei filius istam peculiaris ὑποστάσεως emanationem, & in primo formationis momento sanctificatam carnem in sue personæ unitatem recepit, adeoque fecit ἐνυπόστατον, quæ alias, nisi supervenisset hæc admirabilis assumtio, futura fuisset αὐτῷ υπόστατος, ut alii homines individui; ad hæc reponens Schlichtingius, Disp. de SS. Trinitate, &c. p. 599. ita instat: Errat Meisnerus, cum individuam & singularem substantiam sine propria subsistentia esse posse cogitat, quæ nisi semper subsistentiam suam haberet, substan-*



stantia singularis & individua nullo pacto esset. Quod si eternus Dei Filius prohibere potuit, ne singularis Christi humanitas suam subsistentiam vel personalitatem haberet, etiam impedire potuit, ne substantia singularis esset. Ait, in primo formatio-  
nis momento sanctificatam carnem in personæ divi-  
nae unitatem fuisse receptam. At quomodo ea for-  
mari ac sanctificari, & recipi potuit, si suam sub-  
sistentiam non habuit? Licet vero in primo formatio-  
nis momento eam receptam fuisse dicat, tamen  
saltem momento naturæ, ut Scholastici loquuntur,  
eam formari prius oportuit, quam recipi. Nam  
& ipse Meisnerus non tantum diversas esse istas a-  
ctiones formationis & receptionis agnoscit, sed eas  
etiam diversis personis attribuit; illam quidem ter-  
tiae, hanc vero secundæ Trinitatis personæ. At ne  
nature quidem momento posterior esse potest subsi-  
stentia humanæ Christi nature, quam ejusdem  
in unitatem personæ divinæ suscep<sup>t</sup>io. Respond.  
Subsistens sumitur dupliciter: 1. pro ratio-  
ne existendi per se, in oppositione ad ratio-  
nem existendi in alio, tanquam in subiecto; quæ  
ratio existendi in alio competit accidentibus. 2. p  
pro ultimo complemento & perfectione in gene-  
re substantiæ. Priore acceptione verum est, in-  
dividuam ac singularem substantiam sine sua sub-  
sistens esse non posse; posteriore falsum. Dari  
autem subsistentiam posteriore acceptione, à sub-  
stantia realiter distinctam, cuius munus sit, na-

H turam



turam substantialem ultimo complere ac perficere in genere substantiae, ratio humana ex naturalibus suis principiis non cognoscit, sed unice ex revelatione addiscit; quomodo etiam non ex principiis suis naturalibus, sed tantum ex revelatione novit, dari foeminam parientem sine congreffu cum mare, & multa id genus alia.

*Alias Schlich  
tingii ratio,  
pro sua ista  
sententia,  
exercatur,*

XXVIII Aliam rationem, qua evincat, humana Christi naturam habere propriam subsistentiam, affert Schlichtingius, Disp. de SS. Trinitate, &c. p. 601. fin. & seq. *Falsum est, inquit,*  
*partes totius quod singularis aliqua substantia est,  
suam propriam subsistentiam non habere. Nam  
quemadmodum ex omnibus partibus factum est u-  
num totum: sic ex singularium partium subsistentia  
facta est una subsistentia. Ceterum que suam pro-  
priam subsistentiam non habent, qualia sunt acci-  
denta, partes substantiae esse non possunt. Quam-  
diu partes insunt toti, impeditur quidem eorum  
subsistentia, ne sole subsistant; sed ne subsistant una  
cum aliis, non tantum per totius subsistentiam non  
impediuntur, sed totius subsistentiam sua constitu-  
unt subsistentia. Unde porro appareat etiam si tandem  
verum esset, humanam Christi naturam partem esse  
personae Christi, necessarium tamen fore; ut Christi  
humana natura suam propriam subsistentiam habe-  
at: nec enim una pars largitur alteri subsistenti-  
am, sed omnes largiuntur toti, & quicquid toti inest,  
suam non habens subsistentiam, non substantialis a-  
liqua pars est, sed accidentis. *Res ipsa id postulat.*  
*Nam**



Nam cum omnis pars natura prior sit toto, nisi suam subsistentiam natura prius haberet, quo pacto ad totius constitutionem concurrere posset? Itaque miror, cur Adversarii duas substantias individuas ac singulares in unam subsistentiam, quam duas subsistentias in unam substantiam, seu duas personas in unam personam maluerint confundere? Resp. Confunditur hic rursus duplex subsistentia, §. præced. explicata, nempe subsistentia, quæ est ratio existendi per se; & subsistentia, quæ est ultimum complementum & perfectio in genere substantiæ. Necessarium esse, ut quælibet pars totius, quod substantia est, habeat propriam suam subsistentiam, & quod suam propriam subsistentiam non habet, id partem substantiæ esse non posse, de subsistentia priore conceditur, de posteriore negatur. Et quamvis etiam concedatur, partes substantiæ naturaliter & ordinarie habere suam propriam subsistentiam, posteriore significatu acceptam, & ex singularum partium subsistentiis fieri unam subsistentiam, quomodo v. g. cum aqua aquæ unitur, quælibet aqua gaudet sua propria subsistentia, & ex singularum aquarum subsistentiis fit una subsistentia; attamen non est negandum, aliter evenire posse, si Deus supernaturaliter & extraordinarie agere velit. Humanam vero Christi naturam destitui sua propria subsistentia, & substitui Christi naturam, & substitui sua propria subsistentia Filii Dei, inde colligitur, quia si hic homo haberet propriam suam subsistentiam,



*subsistere  
subsistentia  
Filius Dei,  
probatur.*  
am, æque ac Filius Dei habet, & ex illis duabus  
subsistentiis constitueretur subsistentia totius; non  
magis Deus de homine, & homo de Deo, & Deus  
ac homo de Christo, quam duarum aquarum u-  
nitarum altera de altera, & quælibet illarum de  
tota aqua quæ ex iis composita est, in recto ve-  
re prædicari posset.

## CAPUT. III.

Alterum argumentum pro no-  
stra sententia.*Ex loco Hebr. I. 10. II.*

## I.

*Alterum ar-  
gumentum pro nostra  
sententia, in questione  
de promis-  
tione.* Alterum argumentum desumimus ex loco  
Hebr. I. 10. II. ubi Filio Dei, Christo, hujus  
universi creatio tribuitur. Unde ita colligimus:  
De quo dictum est, *Tu in initio, Domine, ter-  
ram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli,*  
*ex loco He- is est creator cœli & terræ, adeoque Deus, natu-  
br. I. 10. II. ram divinam substantialem habens: quandoqui-*  
*dem constat, soli Deo creationem cœli & terræ  
adscribi in S. literis. Atqui de Filio Dei, Chri-  
sto, dictum est, *Tu in initio, Domine, terram  
fundasti, &c.* uti loc. cit. contextus evidenter o-  
stendit. E. Filius Dei Christus, est creator cœli  
& terræ, adeoque Deus, naturam divinam sub-  
stantialem habens.*

## II.Ex-



II. Excipit Schlichtingius, in Disp. de SS. *Exceptio  
Schlichtin-*  
Trinitate, &c. p. 470. hæc verba vers. 10. *Tu* *gii.*  
*secundum principia, Domine, terram fundasti, &*  
*opera manuum tuarum sunt cœli, ad Christum à*  
*divino Autore non referri; sed tantum quæ se-*  
*quuntur vers. 11. & 12: Ipsi peribunt, tu autem per-*  
*mnes, &c. Resp. Etiam hæc verba, *Tu in initio,**

*Domine, terram fundasti, &c.* referri ad Christum,

ex antecedentibus juxta ac consequentibus liquet:

Ex antecedentibus quidem: nam ad quem refe-  
runtur verba vers. 8. & 9. *Thronus tuus, Deus,*  
*in seculum seculi, virga recta virga regni tui. Di-*  
*lexisti justitiam, & odisti legis transgressionem: pro-*  
*pterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis ul-*  
*tra confortestuos; ad eundem referuntur quo-*  
que verba vers. 10: *Tu in initio, Domine, ter-*  
*ram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.*  
Atqui ad Christum referuntur verba vers. 8. & 9.  
*Thronus tuus, Deus, in seculum seculi, &c.* Ergo  
ad Christum quoque referuntur verba vers. 10.  
*Tu in initio, Domine, terram fundasti, Majoris*  
veritas patet ex particula copulativa *Et*, initio  
hujus vers. 10. posita, quæ indicat, de eodem Filio,  
de quo præcedens testimonium citatum est, cita-  
ri etiam hoc testimonium vers. 10. *Tu in initio,*  
*Domine, terram fundasti, &c.* ita ut circa hujus  
versus initium, post conjunctionem *Et*, subaudi-  
enda sint hæc verba ex vers. 8. πρὸς τὸν γίον, quondam  
Filiū (quam significationem τὸς πρὸς ex Græcis

*Reff.*

H 3

pro-



probat Erasmus Schmidius, in Annot. ad vers. 7: *καὶ πρὸς μὲν τὰς οὐγέλις λέγει*) iterum dicit Scriptura: *Tu initio, Domine, terram fundasti*, &c. Sed & verba modo dicta ad Christum referri, manifestum faciunt sequentia. Ad quem enim referuntur verba vers. 11. & 12. *Ipsi peribunt, tu autem permanes*, &c. ad illum etiam referuntur verba vers. 10. *Tu in initio, Domine, terram fundasti*, &c. Sed ad Christum referuntur verba vers. 11, 12. *Ipsi peribunt, tu autem permanes*, &c. Ergo ad Christum etiam referuntur verba vers. 10. *Tu in initio, Domine, terram fundasti*, &c. Major est evidens: quia in contextu non mutatur persona, sed uni eidemque personæ, voce *tu* designatæ, creatio cœli & terræ pariter ac eorundem destructio adscribitur. *Et TU in initio, Domine, terram fundasti*, &c opera manuum tuarum sunt cœli. *Ipsi peribunt, TU autem permanes*, & omnes ut vestimentum veterascent, *Ac velut amictum convolves eos & mutabuntur*. Unde colligimus, creationem cœli & terræ non minus, quam eorum destructionem referri ad Christum, idque citra sensum aliquem mysticum, cui hic locum non esse, concedunt Adversarii.

*Rationes, fulciende  
sua senten-  
tiae à  
Schlichtin-  
gio allata,  
dejiciuntur:*

III. Fulciendæ suæ exceptioni Schlichtingius l. c. subjunxit aliquot rationes, quas ad veritatis regulam jam revocabimus. Prima est, p. 470: *Quid hoc (nempe Christum esse creatorem cœli & terræ) ad scopum Autoris facit, vers. 4. expressum?*



pressum? Probare vult, Christum à dextis Dei collocatum, Angelis factum esse præstantiorem, ut Evangelii simul, quam legis, præstantiorem fuisse evincat sequestrum. Num vero si Christus cœli & terræ creator est, Angelis factus est præstanius? num fieri quoquam præstantior potest, qui ab omni æternitate, sine ulla comparatione præstantissimus est? quid? quæ comparatio inter Christum & Angelos ratione præstantiæ poterit institui, si ille creator est, hi sunt creaturæ? Resp. Qua intentione & consilio hic relatum sit, quod Christus sit creator cœli & terræ, mox §. V. exponemus. Jam dicere sufficit, ad probandum, Christum à dextis Dei collocatum, Angelis factum esse præstantiorem, omnino argumentum duci posse ex eo, quod sit creator cœli & terræ. Necesse enim erat, Christum, qui homo est, quia idem quoque creator cœli & terræ est, ut hominem evehí ad eam dignitatem, quæ deceret eum hominem, qui simul cœli terræque creator esset, atque adeo Angelis præstantiorem fieri. Christus ab omni æternitate sine ulla comparatione præstantissimus, postquam homo natus est, sicuti, ut homo, paulisper inferior factus est Angelis, propter mortis perpeſſionem, Hebr. II.9. ; ita quoque, ut homo, superata morte, præstantior Angelis fieri & potuit, & debuit. Nempe comparatio instituitur inter Angelos & Christum, qua homo ac creatura est. Christum vero, qua hominem,

&amp; crea-

Reſp.



& creaturam, à dextris Dei collocatum, ad sua  
premium fastigium longe supra Angelos evectum  
fuisse, hinc quoque recte colligitur, quod idem  
simul cœli & terræ creator sit, ut vidimus.

## 2. Ratio.

IV. Altera ratio est p. 470. 471: Num vero  
*Hebreos* istos, qui Christiani erant & Apostolorum  
discipuli, credidisse putamus, Christum esse cœli &  
terræ creatorem: aut putamus non credidisse? Si  
prius, omnis hæc Autoris disputatio supervacanea  
est. Uno verbo dixisset Christum esse cœli & ter-  
ræ creatorem, & omnia consecisset. nec superva-  
canea tantum, sed & insulsa est, ut ostendimus.  
Si posterius, primum *Hebrei* isti documento nobis  
erunt, Apostolorum olim discipulos, Christum cœli  
& terræ creatorem esse, non credidisse. Deinde  
aut probat hoc loco *Psalmi* Autor, aut non probat,  
sed tantum sibi vult credi. Si probat, male pro-  
bat, quod absurdum est: pro concessu enim sumit,  
quod probandum est. Nam cum verba *Psalmi* a-  
perte de summo Deo loquantur, qui ea respectu crea-  
tionis cœli & terra ad Christum referri velit, ne-  
cessè est, ut Christum summum esse Deum pro con-  
cessu sumat. Nam testimonium hoc ratione creatio-  
nis cœli & terra aliter ad Christum referri non po-  
test. At hoc ipsum est, quod probandum fuerat.  
Alia est abolitionis cœli & terræ ratio, quæ cum  
ad Christi regnum pertineat, eam, si peragenda  
sit, quod ex hoc testimonio liquet, per Christum  
peragendam esse Christiani ignorare non poterant.

Si



Si vero non probat Autor, sed tantum sibi vult cre-  
di, quid Scripturæ testimonium adducit, quasi non au-  
ctoritate nuda, sed Scripturæ dictis cum homini-  
bus Scripturæ addictis pugnaret? Respond.  
Quidni Hebræos istos, qui Christiani e-  
rant & Apostolorum discipuli, credidisse pute-  
mus, Christum esse cœli & terræ creatorem?  
Nec tamen propterea statim supervacanea videri  
debet ista non disputatio, sed facta pluribus ar-  
gumentis confirmatio dogmatis, de excellentia  
Christi. Quotidianum est, ad confirmandam a-  
liquam veritatem plura argumenta colligere: quo-  
rum unum etsi rem omnem conficere posset, ne-  
mo tamen judicat reliqua esse supervacanea, &  
frustra adjecta. Accedit, quod plurimum argu-  
mentorum collectio hic non tantum faciat ad  
fortius roborandam fidem excellentiæ Christi ho-  
minis super angelos; sed & excellentiæ istius ma-  
gnitudinem magis nobis declareret. Sed nec loco  
Psalmi adducto male probat Divinus Autor, Chri-  
stum esse creatorem cœli & terræ. Cur enim ver-  
ba hæc Psalmi non de promisso Messia, & qui-  
dem directe accipiuntur? ad cuius regnum haud  
dubie pertinet vocatio gentium, (vid. Eph. II. 13.  
seqq.) quæ aperte prædicitur vs. 23: *Cum congregati  
fuerint populi simul, & regna ad serviendū Jehovā.*  
Quid multa? Ad probandum, Christum esse  
creatorem cœli & terræ, sufficit verba Psalmi, ut  
de Christo dicta, à Divino Autore citata esse.

Reff.

I An



An enim dubitare poterant Hebræi , verborum iſtorum sensum , mentemque Spiritus S. tenere illum , quem Autorem Divinum ac θεόπνευſον esse certo noverant ? Atque hanc ipsam ob causam , quod ex inspiratione divina ſcripferint , Divini Auctores etiam ex ſenu myſtico diſtorum V. T. argumenta petierunt , ut vers. 5. hujus cap. I. Epift. ad Hebr. allato dicto : *Ego ero ei pater, & ipſe erit mihi filius* , & Gal. IV. 21: ſeqq. Conf. ad priorem locum , Schlichtingum in commentario in Epift. ad Hebræos , qui Tomo II. Operum Exegeticorum Crellii , in Bibliotheca Unitatorium eſt insertus ; & ad posteriorem locum , Crellii Comment. in Epift. ad Gal.

## 3. Ratio.

V. Sequitur tertia ratio , p. 471: *Ipsa etiam argumentorum ſeries & ordo id evincit , quod aſſerimus. Christum enim Angelis prætantiorem effectum eſſe probaturus auctor, (1) id oſtendit ex Filii Dei titulo , Christo peculiарiter & nat' ἐξοχὴ tributo: qui titulus Christo etiam in terris agenti compe- tebat. (2) progreditur ad Christi in cœlos ingressum qui cum fieret , Angeli Christum tanquam Re- gem ac Dominum ſuum regni poſſeſſionem a- deuentem adorare jufi ſunt. (3) ad Christi thronum ac dominatum ſempiternum, quem unctus à Patre accepit , provebitur. (4) ad præcipuum re- gni iſtius ac dominatus effectum , qui eſt cœlorum ac terræ abolitio , dēcendit. (5) Tandem , iſtius re- gni terminum , qui eſt omnium Christi inimicorum interitus & abolitio , cum priori illo effectu con- junctus*

junctum commemorat; & sic argumenta etiam sua terminat atque concludit. Quid hoc argumentorum ordine pulchrius? quid magis consertum atque connexum? At insere his cœli & terræ creationem, quid magis eris hians atque confusum?

Resp. Adhuc probe omnia inter se apta & colligata sunt, etiam si inseratur cœli & terræ creationis. Recolamus breviter totam argumentorum seriem. Nempe Christum secundum humanam naturam Angelis præstantiorem esse factum, probat D. Autor I. inde, quod Christus nominetur Dei Filius, nempe proprius ac proprius genitus à Deo Patre, & consequenter non tantum homo sit, sed simul unus ille cum Patre Deus, qui propterea merito in assumta humana natura super omnes angelos evehi longissime debuerit: quippe quæ, per sui cum natura divina Filii Dei unionem personalem (per quam Filius Dei simul Deus & homo est) ipsius Dei caro, divinarumque perfectionum particeps facta est.

2. Quod Christus, qui per mortem excisus erat e terra viventium, Es. LIII. 8. postquam per resurrectionem iterum in orbem terrarum introductus esset, mox in cœlum profectus, omnibus Angelis adorandus à Patre propositus sit,

I. Pet. III. 21. 22. 3. Quod, cum Angeli sint ministri, Christus Rex sit regnaturus in æternum; immo ut creator cœli & terræ ab æterno in æternum existat, pereuntibus licet, ac per ipsum destructis cœlo & terra. Quid, quæso, hic hians

Reß.

Represen-

tatur tota

series ar-

gumento-

rum, qui-

bus in Cap.

I. Ep. ad

Hebr. Chri-

sum secun-

dum huma-

nam natu-

ram Ange-

lis præstan-

tiorem esse

factū pro-

batur.

I 2

&amp;



& confusum? modo observetur, occasione regni Christi in æternum duraturi, ad declarandam absolutam Christi æternitatem, nempe à parte ante & à parte post, ut loquuntur, creationis cœli & terræ, eorundemque destructionis per Christum mentionem esse factam. Denique 4. ad regnum Christi, de quo modo, redeunte oratione, illi quidem reginen divinæ omnipotentiæ, per quod omnes ejus hostes sint subigendi, Angelis vero iterum ministrorum partes, hominum salvandorum causa obeundas, tribuendo, propositum dogma nova ratione concludit.

*Addita-  
mentum ad  
3. ratio-  
nem.* VI. Addit Schlichtingius pag. 472: Nimirum non intelligunt Adversarii, non raro in locorum citationibus usu venire, ut locus repetatur altius, aut producatur longius, aut adducatur totus consertis inter se verbis ac sententiis, quamvis vel initium, vel finis, vel quod in medio dicitur, ad propositum non faciat. Altius v. c. repetit locum Jacobus de vocatione & conversione Gentium agens, Act. XV. Petrus protraxit longius, de effusione Spiritus S. differens, Act. II. Utrumque fecit eodem capite infra, Christi resurrectionem a mortuis probatus à vers. 25. Hic autem ipse D. Autor proxime ante hunc locum ita adduxit de Christo testimonium, ut intermedia verba, quamvis ad scopum non faciant, nempe dilexisti justitiam & odio habuisti iniquitatem, non omittaret, nimirum quod ita ceteris intexta essent, ut eorum pretermissione dilacerandus locus fuerit.

Id



*Id ipsum in hujus quoque testimonii citatione accedit, quod aut altius repetendum fuit, cum sequentia, in quibus vis argumenti consistit, per pronomina ab antecedentibus penderent, nec sine iis intelligi possent; aut mutari ac velut temerari sine ulla necessitate debuit. Neque enim ullum periculum erat, ne Hebrei priora testimonii istius verba, de cœli & terræ creatione loquentia, ad Christum traherent, qui quod Christus Angelis præstantior effectus esset, docendi & Scripturæ testimoniiis convincendi fuerant: nondum quippe ab Apostolis mysterium istud de tribus in una natura personis, aut duabus in una persona naturis edoceti.*

Resp.

*Nos satis intelligimus, aliquando in locorum citationibus usu venire, ut una cum iis, quæ scopum proprie tangunt, aliqua non facientia præcise ad propositum commemorentur, tantum ob sermonis contextum, quem nihil immutatum revertit, ut citare lubet. Sed non intelligit Schlichtingius, evenire quoque in locorum citationibus, ut aliqua non propri quid immutetur; nec tamen citra summam temeritatem dici posse, locum yelut temeratum esse, facta ejusmodi mutatione. Cujus rei clarum habemus exemplum hoc ipso capite I. Epist. ad Hebr. vers. 6. ubi testimonium citatur è Psalm. XCVII. 7. his verbis: καὶ προσκυνητῶν ἀντῶ πάντες ἄγγελοι θεοί. Et adorent eum omnes Angeli Dei. Schlichtingius in Comm. ad h. l. statuit, Autorem divinum secutum fuisse græcam LXX, in-*

In locorum

V. T. cita-

tionibus in

N. T. ali-

quando usu

venit, ut

cum iis,

evenire quoque in locorum

citationibus

ut ali-

quæ scopum

tangunt,

simil al-

facta ejusmodi mutatione.

Cujus rei clarum ha-

qua non fa-

bemus exemplum hoc ipso capite I. Epist. ad

cientia præ-

Hebr. vers. 6. ubi

testimonium citatur è

Psalm. XCVII.

7. his verbis:

καὶ προσκυνητῶν ἀντῶ πάν-

tētes ἄγγελοι θεοί.

Et adorent eum omnes Angeli Dei.

Schlichtingius in Comm.

ad h. l. statuit,

Auto-

sermonis

contextus

sermonis

integer &amp;



*immutatus* interpretum versionem, quæ ita reddidit: *relinqua-* προσκυνήσατε ἀυτῷ πάντες ἄγγελοι ἀυτῷ, *Adorate* *sur: inter-* *eum omnes Angeli ejus.* Quo posito, D. Autor *dum, vero* primo ab initio adjecit particulam copulativam *aliquā ver-* *borum mu-* καὶ. Deinde tertiam personam imperativi, προ- *tationem σκυνήσατωσαν*, adhibuit loco secundæ personæ; *factam esse προσκυνήσατε.* Tertio nomen substantivum θεός po- *depreben-* *suit pro* pronomine relativo ἀυτῷ. Quare ergo *dimus. Po-* deinceps in initio vers. 11, in citatione testimo- *nioris* *modi ci-* nii è Psalm. CII. 27, pro eodem pronomine rela- *tandi ex-tivo*, ἀυτοὶ, non pari modo ponere potuit sub- *emplum* stantivum vers. præced. claudens, ὅραοι, cœli. *habemus in* ad quod pronomen illud refertur? Quod si *loco Psalm.* locum Psalmi XCVII. 7. expressum dicamus de *XCVII. 7.* textu hebræo, qui ita habet, הַשְׁתַחֲוֹרְלֹ כִּי אֱלֹהִים. *Adorent eum omnes Dii:* adhuc major mutatio in fine facta deprehenditur, mutato videlicet nomine substantivo אלהיָה, *Dii*, in substantivum di- versæ significationis, ἄγγελοι, *Angeli*, & adjecto adhuc alio substantivo genitivi casus, θεός, *Dei*. Nonne rursus longe facilius erat, in citatione lo- ci Psalm. CII. 27. pro verbis, *Ipsi peribunt*, (nem- pe cœli) hæc reponere *cœli peribunt*? Et vero necessarium fuisset, hic omitti verba de crea- tione cœli & terræ loquentia, si referri non deberent ad Christum. Manifestum enim est, in- tegro illo Psalmi testimonio, duabus partibus constante, quarum prior hic vers. 10, posterior vers. 11. & 12. recensetur, unam tantum perso- nam,



nam, repetito pronomine *Tu*, compellari; nec alii personæ cœli & terræ destrucciónem adscribi, quam cui eorundem creatio ante adscripta fuerat. Quamobrem Hebræi verba posteriora, de cœli & terræ destructione loquentia, non poterant accipere de Christo, nisi de eodem & priora, de cœli & terræ creatione loquentia, acciperent. Certe quandocunque aliquod testimonium V.T. in N.T. adducitur de Christo, nunquā ejus testimonii pars aliqua tali modo citata reperietur, quæ non referatur ad Christum. Cæterum nihil absurdi est, Hebraeos docendos & Scripturæ testimoniis convincendos fuisse, quod Christus Angelis præstantior effectus esset secundum Humanam Naturam; etsi ab Apostolis mysterium illud de tribus in una natura personis, & duabus in una persona naturis jam edocti, Christum super Angelos infinitis modis eminere secundum Divinam Naturam intelligerent

VII. Fregimus hucusque rationes illas quibus nixus Schlichtingius, in Disputatione adversus Meisnerum, pertendit, è verbis Davidis, Hebr. I. 10. II. 12. citatis, non priora de cœli & terræ creatione loquentia, sed tantum posteriora, de eorundem destructione loquentia, à D. Autore ad Christum referri. Nunc operæ premium facturi nobis videmur, si adhuc duas rationes alias ei eripiamus, quas præter dictas urget in Commentar. ad eosdem vers. I. 10. II. 12. Com- mentarius iste in Epist. ad Hebraeos, ut suprajam memi-



re, sed meminimus, reperitur inter opera Exegetica  
tantum po- Crellii, Bibliothecæ Unitariorum inserta Tom.  
teriora, de II. à fol. 61.  
corum de-

VIII. Primam rationem exhibent nobis ver-  
loquentia, ba sequentia, quæ leguntur loc. cit. fol. 82. a.  
ad Christū Sciendum est, Veteris Scripturæ testimonia, quæ  
referri. de alio quodam prolata sunt, ad alium etiam refer-  
ri à Scriptoribus N. fæderis solere: vel propter  
1. Ratio. convenientiam & similitudinem, quæ inter utrum-  
que est; vel propter subordinationem, ut dicitur.  
Propter similitudinem, vel quod is, de quo in Novo  
Fædere sermo est, figuratum est seu antitypus ejus,  
de quo verba accipiuntur in Veteri: quo pacto du-  
plex semper est verborum sensus, unus literalis,  
alter mysticus; quoram ille typo, hic antitypo con-  
venit, quemadmodum supra vers. 5. 8. 9. vidimus:  
vel quod licet unum figuratum, alterum antitypus  
non sit, propter similitudinem tamen quandam ea-  
dem verba, quæ de uno simili dicta sunt, alteri  
applicentur; quo pacto Christus Matth. 15. 7. 8. Ju-  
daicis suo tempore viventibus Esaiæ verba, de Pa-  
ribus ipsorum olim prolata, accommodat. Pro-  
pter subordinationem, cum verbi gratia ea quæ de  
Deo dicta fuerunt ad Christum referuntur, ideo  
quod Deo in iis subordinatus sit. Cujus rei, ne alia  
commemorem, apertum exemplum habuimus supra  
vers. 6. quo pacto etiam illa Dei verba, Posuit in  
lucem Gentium, Ef. 49. de Christo mystico sensu di-  
cta, propter subordinationem apostolis accommo-  
dat



dat Paulus Act. 13.47. Et hujusmodi quidem locorum non necessario duplex est sensus, ita ut verba ad alium literaliter, ad alium mystice pertineant; sed eodem manente sensu ad alium primo ac præcipue referuntur verba, ad alium vero secundo, quia nimis illi sit subordinatus. Quare si nonnunquam contingat, ut duplex etiam sit verborum sensus, id ex eventu est. Neque enim verbi gratia inde verba Psalmi 97. 7. quæ de Deo primo loquuntur, ad Christum quoque referuntur, quod de Deo literaliter, de Christo mystice loquuntur: sed quod de Deo primo, de Christo secundo intelligenda sint: nec illa Esai. 49.6. literali sensu de Christo loquuntur, mystice de apostolis: (nam de utrisque mystice tantum agunt) sed de illo primo, de his secundo.

IX. Resp. Certum fixumque est, quædam V. T. dicta, quæ in N. T. citantur, duplice habere sensum, literalem & mysticum. Literalis dicitur ille, qui per verba immediate significatur atque intenditur. Mysticus, qui per verba non significatur atque intenditur immediate, sed mediate, mediantibus rebus per verba significatis, re una adhibita ut typo vel figura alterius rei. Quod quando factum sit, atque adeo quodnam dictum V. T. sensum mysticum & qualem habeat, nos certo scire non possumus, nisi Scriptores sensus quis? N. T. illum perspicue nobis commonstrent ac Quis mysticus? declarent. De exemplis sensus mystici à Schlich-

*Resp.*  
*Quædam*  
*V. T. dicta,*  
*que in N. T.*  
*citantur,*  
*duplicem*  
*habent sen-*  
*suum, lite-*  
*ralem &*  
*mysticum.*

K tingio



tingio adductis , nunc non laborabimus , ne lon-  
*Ab utroque sensu, tite rali & mystico differt Accommodatio, quam v-*  
*aliquod V. T. usurpat in Novo, de re prorsus*  
*Accommodationem citari, quemadmodum in sermone*  
*communi sepe solemus verba variorum auctorum,*  
*licet de alia re prorsus fuerint usurpata, ad rem*  
*nostram accommodare: ut cum utimur verbi cau-*  
*sa illo Virgiliano, Urget presentia Turni, aut*  
*quod ille de Apibus dixit, Animasque in vulnere po-*  
*nunt; nos de hominibus usurpamus: vel cum illud*  
*Lucani, hominibus ambitiosis & inter se de hono-*  
*re certantibus accommodamus, Pompejusve parem,*  
*Cæsarve priorem; & infinita alia. Sed hic ver-*  
*borum sensus non est revera Scripturæ sensus, sed*  
*à Schlichteam usurpantis. Tribus istis à Schlichtingio su-*  
*peradditur quartum, cuius fundamentum con-*  
*stituitur in subordinatione: quando nimirum*  
*quartum, dictum aliquod V. T. de aliqua persona prola-*  
*cujus funda- mentū con-*  
*stituitur in subordinationem qua hæc persona illi,*  
*subordina- in*  
*ione.*

in re de qua sermo est , subordinatur ; ipsomet etiam illo dicto utramque personam , priorem primo , posteriorem secundo respiciente . Quod novum Socinianorum commentum est , ad hoc peculiariter repertum , ut loci præsentis Hebr. I. 10. vim effugerent . Huc enim tandem evadere jicitur . necesse erat , ad summas angustias redactis . Verum etsi dictorum duplarem sensum , literalem & mysticum habentium , ea sit ratio , ut rem unam primo & immediate , secundum sensum literalem ; alteram secundo & mediate , secundum sensum mysticum significant , ut supra exposuimus : inauditum tamen est & sine exemplo , dictum aliquod secundum unum eundemque sensum , sive literalem sive mysticum , de alia atque alia persona intelligendum esse , de una primo , & de altera secundo , quod hæc illi in re aliqua subordinata sit . Verba Psalm. XCVII. 7. non primo de Deo Patre , & secundo de Christo ; sed tantum de Christo intelligenda esse , facile videbit , qui reputaverit , quomodo ea citata legantur Hebr. I. 6: *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum , dicit :* (nempe Deus , ut vers. præced. 4. &c.) *Et adorent eum omnes angeli Dei .* Quibus verbis significatur , Deum Patrem non de se , sed de primogenito , de Filio suo Jesu Christi & quidem cum per resuscitationem eum iterum in orbem terrarum introduxisset , & mox in cœlum evexisset , (confer supra §. V.) dixisse ; Et

K 2

ado-

*Hoc recens  
Sociniano-  
rum com-  
mentum re-  
jicitur.*



*adorent eum omnes angeli Dei*, idque Psalmo  
 XCVII, quo descriptio regni Christi continetur,  
*Locus Esai.* prædictum fuisse. Nec juvat Schlichtingum di-  
*XLIX. 6. a* Etum Es. XLIX. 6. *Posui te in lucem gentium,*  
*Paulo cita-*  
*tus A&t. XIII. 47. a* Paulo citatum. Nam Paulus, o-  
*47. illustra-* stensurus Apostolos jussos esse prædicare Evan-  
*tur.* gelium Gentibus, affert illud dictum, non quod  
 sensu literali de Esai, ac sensu mystico de Chri-  
 sto primo, & de Apostolis secundo loquatur, at-  
 que ita tum Esaias tum Christus & Apostoli *lux*  
*Gentium*, &, quod sequitur apud Prophetam, ast  
 in Esiam plane non quadrat, *salus usque ad fi-*  
*nem terræ* vocentur: sed quod isto loco prædi-  
 ctum fit, Christum constitutum esse, ut fieret lux  
 Gentium, nempe Apostolorum prædicatione.  
*Conf. A&t. XXVI. 23.* Nam Christus ipse met  
 docendi munus tantum inter Judæos obiit. Ut  
 ergo fieret lux Gentium; debuit iisdem annunci-  
 ari à discipulis suis. Nam *quomodo credent in*  
*eum, de quo non audierint?* *quomodo autem audi-*  
*ent absque prædicante?* Rom. X. 14. Atque hæ  
 partes speciatim Apostolis erant destinatæ: sicuti &  
 illis postea diserte mandatæ sunt à Christo, Matth.  
 XXVIII, 19. Marc. XVI. 15.

X. Pergit Schlichtingius l.c: *Jam vero non*  
*omnia testimonii alicujus verba, seu res verbis si-*  
*gnificatae, que ei de quo primo prolatæ sunt, compe-*  
*tunt, protinus locum habere credi debent in eo, ad*  
*quem secundo propter aliquam ex causis jam dictis*  
*refe-*

referuntur: quemadmodum in illis verbis, quæ de Salomone literali sensu primum prolata sunt vers. 5. vidimus: Ego ero illi in patrem, & ille erit mihi in filium. Sequitur enim, ut illic vidimus: Si quid autem deliquerit, arguam eum in virga virorum: quæ verba ad Christum referri non debent, adeoque mysticam significationem non habent. Itaque quoties aliquod testimonium, quod prius de alio aliquo dictum est, ad Christum refertur; videndum est, quid Scopo conveniat, quid ipsius Christi naturæ ac conditioni, & secundum hæc sensus eruendus & de Christo intelligendus est. Respondeo: Omnia te-  
 stimonii alicujus verba, de aliquo ad aliquid pro-  
 bandum de eo citata, sive primo sive secundo i-  
 psum respiciant, omnino in eo locum habere credi  
 debent. Et sic quoque omnia verba vers. 5, ex II. Sam. VII. 14. de Christo citata, Ego ero illi in bandum de  
 patrem, & ille erit mihi in filium, de Christo in-  
 telligenda sunt: cumque primo & sensu literali  
 prolata sint de Salomone, ad Christum debent secundo & sensu mystico referri; quo sensu, quia ad Filium Dei proprie dictum respicitur, nulli psum respi-  
 præter Christum dici potuerunt. Quod autem  
 verba dicto loco Samuelis proxime sequentia; Si mnino in eo  
 quid autem deliquerit, arguam eum in virga viro-  
 rum, ad Christum referri non debeant; quid hoc  
 ad nos, vel ad rem præsentem? quandoquidem illa non sunt verba testimonii vers. 5. de Christo  
 citati, nec ibi relata leguntur. At quando vers. 10. II. Sam.

K 3

10. II. VII. 14. ci-



*tato Hebr. 10. 11. & 12. testimonium de Christo citatur ex  
J. 3. colligi Psalm. CII. 26. 27. 28. non minus verba de crea-  
poteſt. tione cœli & terræ agentia, Tu in initio, Domine,  
terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt  
cœli, quam altera illa de eorundem abolitione lo-  
quentia, Ipsi peribunt, tu autem permanes, &  
omnes ut vestimentum veterascent, ac velut ami-  
ctum convolves eos & mutabuntur, à D. Autore tran-  
scripta ac commemorata esse deprehendimus: &  
propterea etiam utraque de Christo intelligi de-  
bere, firmiter tenemus. Nec produci poterit  
vel unicum testimonium V. Testamenti, in No-  
vo ad aliquid probandum de Christo allatum, ubi  
aliqua testimonii pars tali modo citata sit, quæ  
ad Christum non pertineat. Imo nihil simile,  
in testimoniorum citationibus, repereris apud ul-  
lum gravem Autorem.*

*Schlichtin-  
gii ratio.*

XI. Fuit prima Schlichtingii ratio, in Com-  
mentario in Epist. ad Hebr. allata. Altera ibi-  
dem fol. 83. b. proposita, continet idem argumen-  
tum, quod supra §. III. discussimus, idque nova  
instantia munit, quatuor instructa rationibus. Pri-  
mum Argumentum his verbis conceptum est:  
*Quærere adhuc libet existis, qui creationem cœli &  
terræ ad Christum hoc loco referri putant, quid censem-  
ant, an Christum cum angelis comparatum, secun-  
dum humanam naturam consideret Autor, eam-  
que quam per exaltationem adeptus est gloriam;  
an secundum divinam? Si prius, quid hoc  
facit*

facit cœli ac terræ creatio? An enim Christus qua homo est, & supra angelos electus, cœlum ac terram condidit? Si posterius, cur eum angelis præstantiorem effectum esse dicit? An qua Deus ille summus est, quoquam præstantior effici potuit? Ad quæ responsio ex dictis §. nostra III. facile patet, nempe Christum, cum Angelis comparatum, considerari secundum humanam naturam: & quia Christus condidit cœlum ac terram, etsi non qua homo considerit, tamen qua hominem angelis præstantiorem effectum esse, quod hæc prærogativa debeatur illi homini, qui idem quoque est creator cœli & terræ.

Resp.

XII. Jam sequitur instantia: Neque est quod <sup>Instantia</sup> dicas, Christum quidem secundum humanam natu- <sup>Schlichtin-</sup>  
ram, & eam, quam qua homo per exaltationem <sup>gii, quatuor</sup> munita rā-  
adeptus est majestatem, cum angelis comparari, iis- <sup>tionibus.</sup>  
que præstantiorem effectum asseri; sed hujus rei argumentum à divina ejus natura, cœlique & ter-  
ræ creatione hoc loco duci. Prima ratio: Nam pri- <sup>1. Ratio.</sup>  
mo quam præpostorum absurdumque esset pro argu-  
mento secundario id afferre, quod solum per se, si  
clarum apertumque sit, rem totam multo melius  
certiusque confidere possit; si vero dubium & con-  
troversum, pro argumento afferri non debeat.  
Resp. Nonne reliqua quoque argumenta, à D. Autore allata, rem tantam optime certissimeque  
conficiunt? In talibus vero argumentis arbitra- <sup>resp.</sup>

rium



rium est, parvique refert, quo ordine modove ea ad probandum adhibeantur.

## 2. Ratio.

XIII. Secunda ratio: *Deinde non videtur satius recte aut saltem aperte consequi, si Christus sit summus Deus cœli ac terræ creator, eum etiam, qua homo est, angelis præstantiorem esse effectum.* Nam si hæc ejus divinitas impedire non potuit, quo minus aliquando angelis qua homo inferior esset: *quomodo ex ea necessario & evidenter concludipotest, eum qua homo est, non tantum angelis dignitate parem, sed etiam longe superiorem evasisse.* Resp.

Resp.

Etsi divina Christi natura non impedivit, quo minus Christus, qua homo, aliquando inferior es- set angelis; impedit tamen, quo minus semper & in-perpetuum inferior illis maneat. Cum enim, ob unionem personalem humanæ naturæ cum divina, Christo, qua homini, debeatur ex- cellentia super angelos, isque hac ad tempus sponte se abdicaverit, ut genus humanum redime- re posset per mortis perpeſſionem; necessario & evidenter hinc concluditur, postquam opus redēptionis fuit peractum cessante abdicationis istius causa, ipsam quoque abdicationem cessare, & Christum qua hominem ex morte redivivum, ex- cellentiæ super angelos sibi debitæ reapse compon- tem fieri debuisse.

## 3. Ratio.

XIV. Tertia ratio: *Præterea ordo testimoniiorum Scripturæ hic adductorum sententiam hanc refellit, de quo paulo post.* Resp. De ordine te-

ftimo-

stimoniorum Scripturæ nos paulo ante §. V., ubi ostensum, sententiam nostram illo minime refelli. Superest quarta & ultima ratio: *Denique si Christus certo tantum respectu Angelis præstantior est effectus, nempe habita solummodo ratione illius dignitatis, quam qua homo per exaltationem est adeptus, ratione vero illius dignitatis quam qua Deus summus habuerit, semper angelis præstantior fuerit: quo pacto D. Autor non addita ulla limitatione, Christum simpliciter Angelis præstantiorem effectum esse asseruit?* Nam quod certo tantum respectu verum est simpliciter asseri non debet: quod vero simpliciter asseritur, simpliciter etiam & absolute verum sit oportet. At si simpliciter verum est, Christum Angelis præstantiorem effectum esse, non tantum ex cœli & terræ creatione nullum ejus rei argumentum duci potest; sed etiam contrarium inde manifeste concluditur: qui enim cœli ac terræ creator est, nullo præstantior effici potest, sed absque comparatione omnibus præstantior est.

Resp.

*Nonnūquam, absolute lo-  
quente Scirio  
ptura, limi-  
tatio que-  
dam subau-  
dienda est.*

*Loeg II. Cor.  
V 8. decla-  
ratur.*

4. Ratio.

L num.



*Quando in Scriptura de Filio Dei, vel Christo prædicatur aliquid, quod ei secundum humanam naturam tantum competit, nonnullis vel Christo in locis limitatio expresse addita legitur: v. g. prædicatur Filius Dei factus est ex semine David secundum car-*

*aliquid, nem, Rom. I. 3. Christus est ex patribus, quod ad car-*

*quod ei se- nem attinet, Rom. IX, 5. Christus morte affectus*

*cundū hu- manam na- est carne, 1. Pet. III. 18. Christus passus est pro no-*

*turam tan- bis carne, 1. Pet. IV. 1. Quo facilius est subau-*

*tum compe- dire limitationem in locis aliis, ubi est omissa.*

*tit, nonnul-*  
*lis in locis*  
*limitatio*  
*expresse ad-*  
*dita legi-*  
*tur.*

## CAPUT. IV.

Tertium & ultimum argumentum pro nostra sententia, ex cultu Christi divino.

## I.

*T*ERTIUM & ULTIMUM argumentum suppeditat nobis cultus Christi divinus. Nam Quicunque cultu divino est afficiendus, is est Deus, naturam divinam substantialem habens, qui & Deus summus vocatur. Atqui Christus divino cultu est afficiendus. Ergo Christus est Deus, naturam divini divino. nam substantialem habens, seu summus Deus. Major est certa ex precepto Deuter. VI. 13: quod repetit ipse Servator ad repellendum tentatorem diabolum, petentem ut se adoraret, Matth. IV.

10:



10: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli ser-  
vies.* Et Es. XLII. 8. ait Deus: *Ego Jehovah, hoc  
est nomen meum: & gloriam meam alteri non da-  
bo, & laudem meam sculptilibus.* Minorem con-  
firmant illa Scripturæ loca, quæ de adorando at-  
que invocando Christo nos erudiunt. De adora-  
tione Christi scriptum est Hebr. I. 6: *Et quum i-  
terum inducit primogenitum in orbem terrarum, di-  
cit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* De invo-  
catione Christi satis constat ex communi illa  
Christianorum periphrasi, *qui invocant nomen Do-  
mini Jesu Christi*, Act. IX, 14. & 21. 1. Cor. I. 2.  
II. Tim. II. 22. Qua ipsa periphrasi Christiani ad-  
monentur sui officii, probe scientes, non placere  
Deo cultum, qui non sit ab ipso præceptus.

II. Ad hoc argumentum de cultu divino, quo Christum debemus prosequi, excipit Schlichtin-  
gius, in Disp. de SS. Trinitate, &c. adversus Mei-  
sner. art. I. de Deo, p. 161: *Ex hoc cultu nihil aliud col-  
ligi potest, quam Christum habere in omnia diuinum  
imperium, omneque judicium.* *Qui enim talis est, is æ-  
que cum ipso Deo Patre honore afficiendus est.* At ve-  
ro adid, ut Christus divinum in cuncta imperium &  
omne judicium habeat, nihil est opus, ut ipse summus  
Deus esse statuatur; imo necesse est ut contrarium sta-  
tuatur; quandoquidem S. literæ aperte testantur,  
Deum Patrem illi nomen, quod est super omne nomen  
donasse, omneque judicium ac potestatem dedisse;  
idque etiam ideo, quia filius sit hominis, id est homo.

L 2

[Resp.]

*Exceptio  
Schlichtin-  
gii ad hoc  
argumen-  
tum.*



Resp.

Resp. Si solus Deus summus est adorandus, ut Christus, verba legis divinæ citans, nos docuit Matth. IV 10; utique ex adoratione & cultu divino, quo Christum prosequi debemus, aperte colligitur, Christum esse ipsum summum Deum. Nam si Christus summus Deus non esset, & tamen esset adorandus; sequeretur, non solum summum Deum esse adorandum, quæ propositio directe contradicit Christi propositioni. Quod

*Quod Christus, qua homo, habeat in omnia divinum imperium omneque judicium; id ipsum quob abeat que, Christum esse summum Deum, potenter in omnia confirmat.* Nam divinum in omnia imperium est imperium potestatis & potentiae simpliciter infinitæ: & utraque pariter ad omne judicium exercendum requiritur. Potestas autem & potentia simpliciter infinita formaliter & subjective est in solo Deo summo, ente increato & infinito, Christus non in ullo ente creato & finito; neque homo esse summū Christus ullo modo earum particeps fieri potuisset, nisi simul summus Deus esset, humana Christi natura in unitatem personæ summi Dei assumta, unde factum, ut potestas & potentia infinita, quæ Christo, ut Deo, inest formaliter, subjective, per se & per essentiam, eidem, ut homini, competit per unionis personalis gratiam.

*Exceptio Schlichtingii ad locum Matth. IV. 10. excipit Schlichtingius, in Disp. de SS. Trinitate, &c. adversus Meisner art. I. de Deo, p. 209. Cum soli Deo cul-*

*W. 10.**tus*

*tus divinus afferitur, ad ea tempora pertinet, in quibus nullus erat, qui divinum à Deo in omnia imperium obtineret, cuiusque cultus ad ipsum Deum omnino referretur.* *Resp.* Lex soli Deo cultum divinum afferens, pertinet ad legem moralem, quæ est perpetua, & vim obligandi habet etiam temporibus N. Testamenti. *Vid. loca Matth. V. 17. 19. Rom. III. 31. VIII. 4. 7. 8. XIII. 8. 9. 10. Gal. V. 13. 14.* Et vero quod ad legem de adoratione solius Dei, Deut VI. 13. propositam, at tuas & bartinet, novimus eam à Christo. *Matth. IV. 10.* repetitam, retenta particula exclusiva, (quæ in versione LXX. interpretum adjecta legitur declarationis gratia) & ad retundendum impudenterissimum Satanæ de sui adoratione postulatum adhibitam fuisse. *Potuisset Servator alia ratione vindicatur* *locus Matt. IV. 10.* Satanam rejicere, putidi mendacii eum arguendo, quod se de tradita sibi in omnia regna mundi potestate falso jactare ausus fuerit, Lue. IV. 6. sed maluit ei unum hoc divinum mandatum opponere, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies;* quo minime os obturatum fuisset Satanæ, regnorum mundi potestatem, tanquam à Deo traditam, sibi vendicanti, si tantum ad tempora V. T. pertineret. Paratam enim habuisset exceptionem, mandatum hoc de solo Deo adorando, nihil jam aduersus se valere, tempore N. T. Unde indubitato colligitur, illud etiam ad *Nec dicere licet, legem* N. T. tempora vim suam porrigitur. Neque est *quod de solo Deo*



adorando quod dicas , legem de solo Deo adorando adhuc  
 non quide quidem valere sub N. T. nec per illud sublatam  
 abrogatam atque abrogatam , sed tantum auctam & perfe-  
 auetam & etiam fuisse , ita ut , cum sub V. T. solus Deus a-  
 perfectam dorandus fuerit , sub N. T. præter Deum etiam  
 fuisse , ita Christus adorari debeat. Nam vel cœcus videat,  
 ut , cum sub V. T. solus Deus adorandus est , sed vere abrogatam fuisse. Si enim sub  
 Deus ad- N. T. præter Deum , etiam Christus adorandus  
 randus fue- rit , sub No- est ; sane jam non solus Deus est adorandus.  
 vopræter Nonne , si solus Deus Israëlis est adorandus , quod  
 Deus etiā lex præcipit ; quicunque non est Deus Israelis ,  
 Christus a- non est adorandus ? ( Non negabit , qui propo-  
 dorandy sit .  
 Nam hoc sitionum exclusivarum expositionem ex Logicis  
 pacto lex i- didicerit , quam vel sensus communis quemvis sa-  
 stant non au- tis doceat ) Atqui Christus , ex Schlichtingii sen-  
 tia atque tentia , non est Deus Israëlis. Ergo Christus ,  
 perfecta , vi istius sententiæ , non est adorandus. Ergo qui  
 sed revera dicit , Christum quoque præter Deum esse ado-  
 abrogata randum , is aperte contradicit legi divinæ , præ-  
 fuisse. cipienti solum Deum Israëlis esse adorandum.  
 Unde simul appareat futilitas istius rationis , quam  
 Schlichtingius adorationi Christi h̄ic obtendit ,  
 scribens , Christi cultum ad ipsum Deum omni-  
 no referri. Nam si Christus non est Deus Israë-  
 lis , ut statuit Schlichtingius , Christi cultus legi ,  
 quæ solum Deum adorare jubet , adeoque Deo  
 ipso omnino est adversus. Talis vero cultus qui  
 in



in ipsum Deum referri queat , citra summam e-  
jus injuriam & contumeliam ?

IV. Alibi Schlichtingius , nempe in Apolo- *Alia*  
gia pro Veritate accusata ad Ill. & Pot. Hollandiæ *Schlichtin-*  
& West-Frisiæ Ordines , pag. 200. 201. cultum & gii exce-  
adorationem Christi defendens , & simul ad lo- *ptio,in Apo-*  
cum Matth. IV. 10. excipiens , ita differit : *Po-*  
*logia pro*  
*tuit Deus arcum illam Fœderis , præsentia quadam* *Veritate*  
*sue Majestatis , ad cultum & adorationem conse-*  
*crare : potuit Pharaon Josephum ad similem sui ve-*  
*nerationem sine ulla diminutione magnitudinis sue ,*  
*imo majore sua cum gloria attollere : an quod Deo*  
*in arca illa licuit , quod Pharaoni in Josepho , id*  
*Deo non licuisse dicemus in Christo , Filio suo , quem*  
*totius mundi Dominum , & Servatorem , & Judi-*  
*cem æterno suo destinaverat decreto ? Hic est la-*  
*pis ille offendiculi , & petra scandali ; lapis*  
*quem reprobarunt ædificantes , factus est caput an-*  
*guli ; à Domino factum est istud , & est mirabile*  
*in oculis vestris . Nimirum , Non babebis Deum* *Resp.*  
*alium coram me , & Dominum Deum tuum adora-*  
*bis , & illi soli servies : sed ratione cultus , adora-*  
*tionis & servitii alius non est à Deo , cui & per quem Deus arcā*  
*ipse sibi cultum exhiberi voluit : quin si quis hunc fœderis vel*  
*colere detrectet , ipsi Deo contrarius sit , ipsum-templum ,*  
*que Deum nolit colere . Resp. Arcam fœderis , quam cœ-*  
*rem inanimam , in V. T. adoratione & cultu* *lum præ-*  
*divino prosequendam fuisse , merum est com-* *sentia qua-*  
*mentum hominum , nihil aliud spectantium ,* *majestatis*  
*quam ut thesi sue serviant . Non magis Deus ad cultum* *dam sue*  
*arcam*



*& ador-  
tione con-  
secravit.*

arcam illam fœderis, vel templum, loca præsen-  
tiæ suæ in terra, quam cœlum ipsum, thronum  
suum, præsentia quadam suæ majestatis ad cul-  
tum & adorationem consecravit; sed sicuti Deus

*Quamvis* in cœlis existens adorandus est, non cœlum; ita  
Rex aliquis Deus, in templo & ad arcam fœderis præsens,  
*alium in* non templum vel arca fœderis adorari debuerunt.  
*consortium* Honor Josepho decretus à Pharaone, non fuit re-  
gno*bo-*gius, sed regio proximus. At Sociniani Christo  
*assumere* ipsum divinum honorem, non divino proximum  
*possit; Deus* vendicant. Et quamvis Rex aliquis alium in con-  
tamen dibi- fortium & regni. & honoris regii assumere pos-  
num bono- sit; Deus tamen divinum honorem cum alio, qui  
remcum &  
*lio, qui Deo* Deus non est, communicare non potest. Habet  
*nō est, com-* enim honor divinus pro fundamento dignitatem  
*municare* & excellentiam infinitam: quæ sicuti non cadit in  
*non potest.* alium, qui Deus non est, ita nec honor divinus,  
cujus actibus quis testatum facit, se dignitatem

*Quisquis* atque excellentiam infinitam in aliquo agnoscere.  
*alius est à* Quamobrem quisquis aliis est à Deo, etiam ratio-  
*Deo, etiam* ne cultus, adorationis & servitii aliis à Deo ha-  
*ratione cul-* beri debet. Et satis declaravit Deus, se non vel-  
*tus, ado-* le per alium sibi cultum exhiberi, dum se solum  
*servitii a-* adorare & colere jussit. Nam si Deus per alium  
*lius à Deo* coleretur, jam non solus coleretur, sed simul a-  
*baberi de-* lius, per quem coleretur. Nam qui colitur me-  
bet. diate per alium, mediante illius cultu colitur.

*Exceptio* V. Ad locum Ef. XLII. 8. excipit Schlichtin-  
*Schlichtin-* gii ad lo- gius, in Disp. de SS. Trinitate, &c. adversus  
*Ef. XLII. 8.* Mei-



Meisner. art. I. de Deo, pag. 234. Loquitur illic Deus de tali gloriae sua datione, qua fiat, ut ipse gloria sua privetur, vel saltem aliquid illi de gloria sua decedat: non vero de ea, per quam adhuc longe magis ipsius gloria augeatur & illustretur. Illud fit, si aliquid gloriae tribuatur illis, qui cum Deo nihil commune habent, illiusque sunt adversarii, cujusmodi sunt Idola. Unde illico post verba, Gloriam meam nemini dabo, additur, nec laudem meam sculptilibus. Hoc vero usu venit, quando Deus cum illis, qui ipsi conjuncti sunt, & ab ipso dependent, gloriam suam communicat. Quicquid enim talibus gloriae tribuitur, id totum in ipsum Deum redundat, & ejus gloriam amplificat, quod sc. & potuerit, & dignatus fuerit quempiam ad tantum evehere fastigium. Quod vel in primis in Christo à Deo Patre ad tantam gloriam elevato locum habet. Resp. Loquitur hīc Deus de gloria adorationis divina, Deoque propria. Glo- Locus Esai. riam, inquit, meam alteri non dabo, & laudem XLII. 8. illustratur & meam sculptilibus. Per gloriam intelligit gloriam vindicatur.

M

nem



nem h̄ic fieri non parva ratio erat, quod animum populi Israelitici ad cultum sculptilium novimus fuisse procliviorem. Atqui gloriam divinæ adorationis non statim alicui deferendam esse, si quis cum Deo conjunctus sit & ab ipso dependeat, docet nos Angelus, qui Johannem se adorare volentem repulit, *Vide ne feceris*, eique unum illud adorationis objectum, Deum, demonstravit, *Deum adora*, Apoc. XIX. 10. hoc ipso ostendens, solum Deum, non se, aut alium quenquam, qui non sit Deus, adorandum esse. Nec Schlichtingius quemvis qui cum Deo conjunctus sit & ab ipso dependeat, adorari permittit; sed *Christum solum post Deum divino cultu ab omnibus afficiendum esse* statuit, in Cichovii centuria argum. cæsa, pag. 605. Sed nec Christum adorare fas est, si secundum essentiam suam spectatus non Deus, sed tantum homo est: sic enim adoraretur **רֹאשׁ** alter, qui non est Deus, quem tamen, qualiscunque sit, se ab adorationis gloria simpliciter exclusum fieri non velle, Deus declaravit. Et quomodo potest Deus cū potest, ut altero communicare adorationis gloriam, quam Deus cū altero communicare adorationis gloriam, quam ipse sibi reservavit, & alteri se non daturum diminuet a ferte affirmavit?

*dorationis* VI. Pergit Schlichtingius, in cit. Disp. de gloriam, SS. Trinitate, &c. p. 234. ex antedictis de significacione vocis *Dandi* sententiara ferens: *Unde sibi reservavit, & alteri apparebat verbum dandi in illis Dei verbis non verae senon datum, sed permissionis tantum significationem habe- rum diserte affirmavit.*



babere; quod & alibi contingit. Cui enim dubium Schlichtin-  
esse poterat, Deum ultro ac sua sponte gloriam suam gius, verbo  
Idolis non esse concessurum? sed an permissurus dandi non  
non esset, gloriam suam illis deferri, de eo tantum veræ datio-  
ambigi poterat. Itaque non negat Deus, se glori- missimus rā-  
am suam ulli unquam sua summa cum gloria colla- tum signifi-  
retum esse: eo ipso enim gloriam suam, dum eam cationem  
retainere vellet, proderet; sed negat se permissu- tribuens,  
rum esse, ut quisquam se invito eam usurpet. Resp. repellitur.  
Nulla hīc necessitas, accipiendi verbum dandi  
non de vera datione, sed de permissione tantum.  
Dilatum est, quod ait Schlichtingius, nemini du-  
bium esse potuisse, Deum ultro ac sua sponte glori-  
um suam, idolis non esse concessurum; sed an per-  
missurus non esset, gloriam suam illis deferri, de eo  
tantum ambigi potuisse. Non nisi stulte ambigi  
poterat, an Deus non permissurus esset, gloriam  
suam Idolis & sculptilibus deferri, quod ne fie-  
ret, lege divina, diris execrationibus circumse-  
pta, expresse sancitum est. Qui vero tam absur-  
das dubitationes admittit in animum suum, is  
non inirum facit, si dubitet quoque, an Deus ultro  
ac sua sponte gloriam suam idolis non sit concessu-  
rus. Novimus sane, idolorum cultores ita præcipi-  
tes actos fuisse dementia, ut ausi sint sibi persuaade-  
re, Deum sibi benefacturum esse ob cultum idolo-  
rum, quod de Micha legimus Judic. XVII. An vero  
tali, qui cultum Idolorum Deo singulariter pla-  
cere credebat, dubium esse non poterat, an Deus

M 2

ultra



ultra ac sua sponte gloriam suam idolis esset con-  
*Quod dici-* cessurus? Quod porro ait Schlichtingius, *non*  
*tur, non* negare Deum, se gloriam suam ulli unquam suæ  
*negare Deū* gloriam summa cum gloria collaturum esse, quia eo ipso,  
*segloriam* suam ulli dum gloriam suam retinere vellet, proderet, id ver-  
*unquam* bis Dei prorsus adversatur. Dum enim Deus  
*sua summa* dixit indefinite, *Gloriam meam alteri non dabo,*  
*cum gloria* verborum istorum sensus est omni ex parte uni-  
*collaturum* versalis, & significant, Deum adorationis suæ  
*esse, id ver-* gloriam nulli alteri, qui Deus non sit, unquam  
*bis Dei pror-* ulla modo daturum esse. At si Deus gloriam  
*susadversa-* suam alicui, qui Deus non est, sua cum gloria  
*tur.* conferret, daret utique jam alteri gloriam suam.  
 Quomodo ergo dicere potuisset, gloriam suam  
 alteri se non esse daturum? Adversatur id quoque  
 legi divinæ, de solo Deo adorando. Nam si  
 Deus adorationis suæ gloriam alicui sua cum  
 gloria conferret, eo ipso is, præter Deum, ado-  
 randus esset. Si hoc, non solus Deus esset ado-  
 randus, quod tamen facere lex divina jubet. Sed  
 & ipsius divinæ adorationis naturæ id adver-  
 satur. Nam adoratio divina fundatur in excel-  
 lentia ac perfectione simpliciter infinita, eamque  
 respicit, uti supra §. IV. dictum. Sicuti ergo  
 Deus nulli, qui Deus non sit, suam excellentiam  
 ac perfectionem simpliciter infinitam dare potest,  
 ita nec suam gloriam adorationis.

VII. Denique loc. cit. p. 235. hæc addit  
 Schlichtingius: *Quod si tamen vocem dandi quis-*  
*piam*

piam proprie velit sumere, & simul contendat, hæc Dei verba tam late esse extendenda, ut omnes, quicunque sunt extra Deum, complectantur; dicimus gloriam Dei vicissim ita stricte summendam esse, ut eam tantum significet, quæ sit ipsius Dei plane propria, qualis v. c. ea est, ut ille solus pro supremo & independente rerum omnium Domino colatur. Nam alioquin falsum est, Deum ad gloriæ suæ consortionem neminem admittere. An enim cum Iesu Christo homine gloriam suam non communicavit? An eadem illa gloriæ, quam Christo Deus dedit, nobis vicissim à Christo donata non est? Job. 17. 22. Nonne vocati sumus in Dei regnum & gloriam? & ut D. Petrus loquitur, in æternam Dei gloriam? Resp. Utrumque, & vocem dandi proprie sumēndam, & hæc Dei verba tam late esse extendēda, ut omnes, qui sunt extra Deum, complectantur, in superioribus evictum est. Unde & illud patet, gloriam Dei ita stricte sumendam esse, ut eam tantum significet, quæ est ipsius Dei plane propria. Talis vero non ea tantum est, ut ille solus pro supremo & independente rerum omnium Domino colatur; sed gloria divinæ adoratio-  
Gloria ipsius  
Dei plane  
propria non  
ea tantum  
 nis in genere. Hanc sibi soli Deus in lege, Domi- est, ut ille num Deum tuum adorabis, & illi soli servies; hanc solg pro su- Deo, repetitis verbis legis, Christus vindicavit premo & adversus Satanam, Matth. IV. 9. 10. Luc. IV. 6. 7. 8.  
independ-  
dente rerū  
 Non petiit Satanus pro supremo & independente omnium Do- rerum omnium Domino coli; sed tantum, se Dei mino colaz-



*tur; sed gloria divine adorationis in genere.* concessione & dono potestatem in omnia mundi regna nactum esse mentitus, adorationem divinam in genere affectavit: quam tamen soli Deo tribuendam, ex verbis legis, Christus ostendit.

*Ad religionem & divinum cultum in genere hoc non pertinet, ut aliquem tanquam rerum omnium cre- atorem ac supremum ex se Dominum colas & ado- res, eique tanquam tali servias: cum appellatio Dei latius patere possit, & idololatræ multos tan- quam minores, & à supremo dependentes Deos co-*

*Gloria, luerint & venerati sint; & qui creaturam aliquam, quam Chri- Solem puta aut Lunam, tanquam minorem aliquem sò homini Deum & à supremo dependentem coleret & ado- Dei dedit, raret, nonne religiosum cultum ei exhiberet, scri- est gloria ipsius Dei bit bene Schlichtigius, commentatus in Rom. I. 25. plane pro- ad verba, Et coluerunt & servierunt creature præ- pria: nec ter eum qui creavit, Oper. Exeget. Tom. I. p. 167, tamen hoc a. Quod attinet ad gloriam, quam Christo ho- facto Deus mini Deus dedit, ea est gloria ipsius Dei plane alteri, qui propriæ. Nec tamen, hoc facto, Deus alteri, Deus non est, dedit gloriam suam: quando- gloriam su- am. quidem homo Christus, in unitate personæ, si- mul Deus est, ut supra probatum. Hanc vero*

*gloriam suam, quæ est ipsius Dei plane propriæ, à Christo non esse datam fidelibus, sed aliam, illi gloriam su- quodammodo analogam, & ab illa infinito in- am, que est ervallo distantem, res ipsa loquitur. Talis glo- ipsius Dei propria, nō gloria est gloria filiorum Dei, ad quam respici puto dedit fide- Joh. XVII. 22. (Dedit eis potestatem, ut filii Rei fie-*



fierent, nempe per adoptionem, Joh. I. 12. Conf. libus, sed  
1. Joh. III. 2. ) item gloria vitæ æternæ, de qua altam, illi  
sermo est 1. Thess. II. 12. & 1. Pet. V. 10. quodam-  
modo ana-

logam.

VIII. Dum hac occasione reliqua, quæ ad elucidationem citati dicti Apostolici in Comment.

aſſert Schlichtingius, percurro, offerunt ſe mihi De qua nonnulla, quæ ſine ulteriore conſideratione viden- gloria h- tur non eſſe dimittenda. Ad verba, præter eum qui creavit, delatus, aliquibus præmissis ita com- Job. XVII. mentatur: Non ſatis recte vertuntur hæc Apoſto- 22?

li Verba, præterito Creatore: quaſi ſi Creatorem non præteriiffent, nullius criminis fuiffent rei creaturam colendo, quod falſum eſt, quia verba, præterito Creatore, non exprimunt; rectior & tam rebus quam vocibus convenientior versio eſt, præter creatorem, quibus ſolum Creatorem colendum eſſe docetur, & peccari ſive quis Creatorem in cultu negligat, & ſolum creaturam relicto Creatore colat, ſive Creatoris cultui cultum creature religiosum adjungat; ſive, inquam, non colat Creatorem, ſive non ſolum religioſe colat. Sicut peccabant, qui præter naturalem fæminæ uſum alium qui præter naturam eſt ſectabantur; ſive naturalem uſum plane negligeant ſive naturali uſui eum qui præter naturam eſt, adjungerent. Probo versio- nem, præter Creatorem: quod ea uſitatio præpositionis παρὰ significatio retinetur. Vocibus autem præter Creatorem, haud dubie convenientior significatio eſt, ut ſonent, juxta, una cum Creatore. Atque ita his verbis docemur, crea-

torem

Locus Rot.  
I. 25. expli-  
catur.



torem non una cum creatura , sed solum ; creaturam vero non esse colendam , cultum Deo proprium deferendo alteri , quam Deo. Sane si creatura non est colenda una cum Creatore , multo minus colenda erit sine Creatore. Atrocior enim est Dei injuria ac contemptus , si Deus , qui solus colendus est , plane negligatur & prætereatur in cultu ; quam si ei in cultu creatura adjungatur. Ponamus etiam verba ista vertenda esse , *præterito creatore* : certum tamen est , cultum divinum , creaturæ exhibitum à Gentilibus , in se detestabile , ipsaque lege naturæ damnatum crimen fuisse ; adeoque id ipsum quoque in se damnari ab Apostolo , & Gentiles , præterito Creatore colentes creaturam , duplici nomine reos peragitum quod coluerint creaturam , tum quod hoc fecerint præterito Creatore , seu quod Creatorem plane non coluerint : quod posterius crimen , additum priori , culpam Gentilium nimium quantum auget. Utut sit , & quæcunque versio eligatur , illud manet & fixum est , Apostolum docere voluisse , nullam creaturam , sed solum Creatorem esse colendum. Quod iterum inculcans Schlichtingius , mox addit p. 167. b: *Doce-  
mūr igitur ab Apostolo , nulli creaturæ religiosum  
cultum ac servitium præstandum esse proinde nec  
Angelis , nec hominibus , nec ulli animantium , nec  
Soli , nec Lunæ , cæterisque astris. Omnia vero  
stultissimi sunt , qui mortuos & omni anima cassos  
reli-*



religiose colunt & invocant, quam hominum apotheosis irridens Vespasianus Cæsar, quamvis homo profanus, cum videret se mori: Ego, inquit, jam, ut puto, Deus sio; false tangens Senatus Romani consultum, quo mortuus in Deorum numerum referendus erat. Hinc videmus etiam eos crimine idolatriæ teneri, qui cultui ac servitio Dei adjungunt, cultum ac servitium creaturarum, quod aliquando ab Israelitis factitatum, & à Prophetis reprehensum legimus in Scriptura.

IX. Jam in Pontificios versus, illos quoque ob cultum Sanctorum Idololatriæ postulat: Sed hoc, inquiens, dolendum est, id ipsum ab iis, qui Christi nomē profitentur, fieri. Nec est ut dicant, sese eos quos colunt pro Diis non habere: quid enim hoc dicendo sibi volunt? Sese eos non colere religiose? Hoc dicere non possunt, cum id faciant, & faciendū esse dicant. An hoc tantum, quod iis Deorum nomen & appellationem non tribuant? At quid refert non tribueren nomen, si rem ipsam attribuas? Quare enim eos religiose colunt & invocant? Nonne quod iis diuinam sapientiam & juvandi mortales cœlestem aliquam facultatem adscribant, seu cœlestes Spiritus mente (forte omissum, divina) præditos esse credant? Quid vero hoc aliud est, quam Deum quendam esse? Ipsam sane Deorum appellationem Scriptura etiam de creaturis quibusdam, ut Angelis, & inter homines summis judicibus ac rectoribus usurpat. At ut ulla creaturarum religiose colatur, nuf-

N

quam



quam docet; ubique Deum solum religiose contendum esse testatur. Nec eos quidquam juvat, qua uti solent, latriæ & duliæ distinctio, &c. Miror, Schlichtingum hæc ita confidenter disputare contra Pontificios, & non videre, se suos religiose colens que, religiose colentes atque invocantes Christum, fundamentis Idololatriæ reos fieri. Pontificiis, quem sumus religiose colentibus atque invocantibus sanctos, cum Deum idololatriæ crimen impingit, quia licet non Deo esse negat, idem nomen & appellationem, rem tamen ipsam attribuant sanctis, cum iis divinam sapientiam & reus idoto-juvandi mortales cœlestem aliquam facultatem latriæ, qui adscribunt, & propterea illos colunt religiose, bus eam quod nihil aliud sit, quam Deum quendam esse: At Schlichtingius & nomen Dei, & rem ipsam, quam subesse dicit isti nomini, tribuit Christo. Nonne Deum vocat? Nonne divinam ei sapientiam, & juvandi mortales cœlestem aliquam, divinamque facultatem adscribit? Quid vero (utor verbis Schlichtingii) hoc aliud est, quam Deum quendam esse? Simili disputatione Schlichtingum Pontificios aggressum esse legimus, in Cen- turia argumentorum Cichovii cæsa, pag. 42: Nimirum, ait ibi, compellans Pontificios, sicut Dei nomen ad solum summum Deum significandum ita restrinxistis, ut illud omnibus aliis denegandum putetis, sic & divinus cultus ille tantum vobis est, qui tanquam summo Deo defertur. Atqui sicut Dei no-



nomen, et si soli summo Deo κατ' ἐξοχὴν tribuitur, tamen extra hanc excellentiae significationem multis est commune, quorum respectu Deus Summus & Altissimus esse dicitur: sic & divini cultus appellatio pariter cum nomine Deorum extenditur ad omnes, qui tanquam aliis mortalibus majores, in primis tanquam cœlestes & immortales, præsertim inconspicui, & ab omni sensu mortalium remoti coluntur; quibus eo ipso quod coluntur, Votorum omnium notitia tribuitur. Fætendum, igitur est aut multorum Deorum vos cultores esse, si, quos colitis natura tales sint, quales colitis; aut falsorum, si non sint. Si divini cultus appellatio pariter cum nomine Deorum extenditur ad Sanctos, qui tanquam aliis mortalibus majores, in primis tanquam cœlestes & immortales, præsertim inconspicui, & ab omni sensu mortalium remoti coluntur, quibus eo ipso, quod coluntur, votorum omnium notitia tribuitur; annon divini cultus appellatio pariter cum nomine Deorum extendetur etiam ad Christum quem utique Schlichtingius nulla re facit inferiorem Sanctis, quales describuntur à Pontificiis? Nam & nos, ait in eodem libro, quem Cichovio opposuit, pag. 2. Christi Divinitatem, in suo genere summam, & qua nulla cuiquam à Deo posse dari sublimior; eandemque fictitiam aut putatitiam, sed veram & naturalem, nec non Divinas Christi imo Divinissimas plane perfectiones agnoscimus. Et

N 2

fi,



si, quia divini cultus appellatio pariter cum nomine Deorum extenditur ad sanctos cœlestes, fatendum est, aut multorum Deorum Pontificios cultores esse, si, quos colunt, natura tales sint, quales colunt; aut falsorum, si non sint: nonne, quia divini cultus appellatio pariter cum nomine Deorum extenditur etiam ad Christum, fatendum quoque est, aut multorum Deorum Socinianos cultores esse, si Christus, quem colunt, natura talis sit, qualem colunt; aut falsi Dei, si non sit? Res est evidens, cuius lumen non obscurat diluta ratio, qua se citata pag. 42. extricare studet Schlichtingius, scribens: *Ne quicquam vero nobis objecerit quispiam, duorum nos Deorum cultores esse. Christus enim, ut quam sit ab uno illo Deo distinctus, appareat, nunquam absolute & subjective, ut loquuntur, Deus appellatur, sed tantum Dominus, quo Rex nobis à Deo datus cœlestis significetur. Itaque neutiquam duos Deos colere dicendi sumus, sed unum Deum & unum Dominum, quod plane Christianum & Apostolicum est,* 1. Cor. VIII. 6. Nam quæ consequentia? Christus ab uno illo Deo distinguitur in Scriptura Sacra: Ergo Sociniani, cum uno illo Deo Christum religiose colentes, non sunt dicendi colere duos Deos. Do instantiam. Angeli ab uno illo Deo distinguuntur in Scriptura Sacra. Ergo Pontificii, cum uno illo Deo Angelos religiose colentes, non sunt dicendi colere plures Deos. De

An-



Antecedente argumenti Schlichtingiani, & speciatim de verbis Pauli, 1. Cor. VIII. 6. infra suo argumento loco.

X. Nunc, ne longius evagemur, revertimur *Schlichtingii* Commentarium in Rom. I. 25: *gius frustra ut adhuc videamus, quomodo se expedire laboret se conatur ab objectione, quæ fluit ex assertione istic a se objectione, stabilita, quod nulli creaturæ religiosus cultus ac que fluit servitum præstandum, sed solus Creator religio- ex afferse colendus sit: Objiciunt, inquit p. 167. b. Si so- tione à se lus rerum omnium Creator colendus est, sequitur stabilita, Christum, aut rerum omnium creatorem esse; aut quod nulli religiose colendum non esse. Negamus id sequi: religiosus solus enim nihilominus Creator colitur, quamvis cultus ac Christus colatur: non quod Christus sit Creator, (hoc servitum enim manifestam continet contradictionem) sed quod præstandū, Christo Creator dederit ut religiose coli possit ac sed solus debeat, quo in Christo tanquam in vera & viva creator religiose co- fui imagine ipse solus colatur & adoretur. Si e- lendus sit. nim non homo, sed Deus homini hanc largiatur Di- vinitatem, ut religioso afficiatur cultu, (quod Deo licitum esse quis negaverit?) is homo ratione divini & religiosi cultus non diversus & alius ab ipso Deo, sed unus idemq; cum eo reputandus est. Ea omnis creatura hic excludi debet, cui nisi homo sit propius, id est, nisi eam opinionibus & decretis suis Deum faciat, Deus non erit. At enim hoc mani- festam continet contradictionem, solum Creato-*

N<sub>3</sub> rem



rem colendum esse, & tamen etiam Christum, qui creator non sit, colendum esse. Nec contradic̄tio tollitur per hoc, quod dicitur, Creatorem Christo dedisse ut religiose coli possit ac debeat. Fac enim ita esse: attamen cum sic colitur Christus, re ipsa colitur aliquis qui creator non est, et si ex voluntate Dei colatur: & consequenter non colitur, nec colendus est, Creator solus. Et licet creator in Christo coli dicatur, erit tamen praeter Creatorem adhuc aliud objectum cultus, Christus. Si vero, ubi Deus in Christo colitur, duplex datur objectum religiosi cultus; sequitur manifesto, non solum Deum esse colendum: nam solum Deum esse colendum, idem est, ac solum Deum debere esse objectum cultus religiosi hocque posito, unum tantummodo religiosi cultus objectum erit, non duplex. At, inquis, *si Deus homini hanc largiatur Divinitatem, ut religioso affiliatur cultu, is homo ratione divini & religiosi cultus non diversus & alius ab ipso Deo, sed unus idemque cum eo reputandus est.* Resp. Talis homo ratione divini cultus non diversus & alius ab ipso Deo reputandus esset, in quantum non diverso & alio, sed uno eodemque cultu, quo Deus afficitur, afficiendus esset: absolute tamen & simpliciter diversus & alius esse ab ipso Deo, illoque culto diversus & alius ab ipso Deo coleretur, quamvis non diverso & alio cultu, adeoque non solus Deus coleretur.

CA-



CAPUT V.

Primum Socini contra nostram sententiam argumentum , à Schlichtingio defensum, refellitur.

I.

**E** Gimus hucusque causam nostram tribus argumentis: in quibus cum nihil vel ad firmitudinem, vel ad claritatem probationis desiderari queat, plura cumulare nihil attinet. Nunc quinque illis argumentis , à Socino, Lib. Quod Regni Poloniae & Magni Ducatus Lithuaniae homines, &c. Cap. IV. Oper. Tom. I. p. 698. propositis, & à Schlichtingio, Disp. de SS. Trinitate, &c. adversus Meisner. art. I. p. 205. & multis seqq. defensis, occurrere consilium est, quibus, Trinitatis dogma in S. literis aperte damnari, probatur: quandoquidem his argumentis proxime & directe concluditur , partim, nullum alium præter Patrem Christi esse summum Deum; partim vero, Christum non esse summum Deum, quod posterius etiam consequens est priori.

II. Primum argumentum à Schlichtingio loc. cit. p. 204. 205. refertur his verbis: *Primum te-*

*Excutiuntur  
quinque So-  
cini argu-  
menta, qui-  
bus Trinita-  
tis dogma  
in S. Literis  
aperte da-  
mnari pro-  
batur.*



testimonium sumtum est ex verbis ipsius Christi ad Patrem, Joh. 17. 3. *Ut cognoscant te, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν.* Hæc enim verba accipienda esse, ac si dictum foret, ut cognoscant te, qui solus es verus Deus, docet locus i. Tim. 6. 16. ubi cum similiter in Greco sit, ὁ μόνος ἔχων ἀληθασίαν; fere omnes tamen Interpretes vertunt, qui solus habet immortalitatem, quippe cum hæc sit vis Græcae loquutionis. Quod si ergo solus Pater est verus Deus, (veri namque Dei nomen hic κατ' ἔξοχην sumitur, pro eo qui summus est) relinquitur, nec Filium, nec Spiritum Sanctum, nec quenquam alium, præter Patrem, esse verum Deum κατ' ἔξοχην, id est, summum.

Resp.

Verba Christi Joh. XVII. 3.

Locus Joh. iwa γινώσκωσί σε, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, non ita acci-

XVII. 3. fu-  
se declara-  
tur.

pienda sunt, ut cognoscant te, qui solus es verus Deus. Nam exclusivam μόνον non construendam esse cum pronomine σε, Patrem designante, sed cum verbis sequentibus, ἀληθινὸν Θεὸν, evidens inde est, quod articulus τὸν, inter pronomen σε, & exclusivam μόνον positus sit, & hæc cum sequentibus vocibus, ἀληθινὸν Θεὸν, immedia-  
te, nullo interjecto verbo vel participio, cohæreat. Itaque Servatoris verba necessario ita debent verti: *iwa γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ut cognoscant te, illum solum verum Deum*, sive *qui es ille solus verus Deus*, ut voces μόνον, & ἀληθινὸν Θεὸν, conjunctæ per articulum τὸν, voci μόνον præfixum, & nullo interposito verbo vel participio direm-

dirempta, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν ita conjunctae manent. Ut autem hoc modo vertantur, ut cognoscant te, qui solus es verus Deus, non patitur constructio Grammatica: quia sic voces, μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, distrahitur ac separantur, quas praefixus illis articulus τὸν conjungit, & nullum interpositum verbum vel participium divellit. Non enim scriptum est, σε μόνον τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, te solum illum verum Deum; vel, quod idem est, cum praecedente, σε τὸν μόνον ὄντα ἀληθινὸν Θεὸν, te qui solus es verus Deus, sed ita legimus, σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, te, illum solum verum Deum sive te qui es ille solus verus Deus. Quod si vertas, te qui solus es verus Deus, verborum ordinem turbas, ita ut ipsum locutionis sensum commutes. Loci i. Tim. VI. 16. prorsus alia & dissimilis est ratio. Ibi quidem, quod in Græco est, ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, concedimus posse ita verti, qui solus habet immortalitatem: sed quis non videt, alium verborum positum ac constructionem hīc esse, quam in verbis Christi? Hīc enim post exclusivam cum articulo, ὁ μόνος, non sequuntur alia nomina, cum quibus illa conjugatur, uti in verbis Christi sequuntur nomina ἀληθινὸν Θεὸν: sed immediate sequitur participium ἔχων, cum nomine substantivo, ἀθανασίαν, cum quo nomine exclusiva, ὁ μόνος, non construitur. Participium ἔχων habens, vim verbi obtinet, valetque idem ac ὁ ἔχει, qui habet. Quare verba græca hoc sonant,

*Illustratur  
locus 1. Tim.  
VI. 16.*



*ille solus habens immortalitatem*, & si participium resolvas in pronomen & verbum, *ille, solus qui habet immortalitatem*; cum quo sensu idem est, si dicas, *ille qui solus habet immortalitatem*, vel brevius, omissa voce *ille*, ab initio imposita, *qui solus habet immortalitatem*.

III. Idem responsi ad Socini argumentum dederat jam quoque Meisnerus, Brevi Considerat. Theol. Photin. Cap. IV. p. 377. 378. ubi docuit, ex verbis Christi fluere hanc propositionem, *Pater est ille solus verus Deus*; ipsumque ordinem & articulum præpositivum τὸν ostendere particulam μόνον haud pertinere ad subjectum σε, sed ad prædicatum. Ad quæ Schlichtingius,

*Instantia  
Schlichtin-  
giueireato-  
cum Job.  
XVII. 3.*

Disp. de SS. Trinitate, &c. hæc reponit: *Imo vero & articulus appositionem esse indicat, seu novam subjecti descriptionem; recteque hic vertitur*

*Resp. Quando è ad subjectum referri potest: nec ordo verborum, si verbis Christi formatur aliqua propositio, in ἀληθινὸν θεὸν ad Subjectū, quod Pater est, refertur; illum quae de Patre enim significat: sed cum hinc integra sententia forte hæc ejus matur, & illud de Patre enunciatur, quod in appositiō, positione pro illo ponitur, nomen solus non alio quam ad Patrem referri potest, hoc pacto, solus θεὸς, predi- Pater est ille verus Deus, vel eodem manente sen- catur; ex-su, ut mox patebit, Pater est is, qui solus est ve- clusiva solus Deus; quorum omnium exemplum habemus loco ad Patrem,*

co



co à Socino notato, i. Tim. 6. 16. de quo supra jam loco subjecti  
egimus. Resp. Si hæc Christi verba tota consi- positum non  
derentur, *Hæc est vita æterna*, ut cognoscant te *est ullo mo-*  
(nempe Patrem) τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν; accurate *doreferen-*  
loquendo Pater nequit appellari subjectum: in- structione:  
terim concedo, totum hoc, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, sed ita col-  
tanquam descriptionem Patris, & consequenter locari debet  
etiam nomen *solus*, quatenus hujus descriptionis in prædica-  
pars est, ad Patrem referri. Sed cum ex istis Chri- to, quod cō-  
sti verbis formatur aliqua propositio, in qua de gra Patriis  
Patre dicta ejus descriptio prædicatur, exclusiva descriptio,  
*solus* ad Patrem, loco subjecti positum, non est in apposito.  
ullo modo referenda in constructione, ut dicatur, *ne pro illo*  
*Solus Pater est ille verus Deus*; vel *Pater est is, qui so-* in Christi  
*lus est verus Deus*: Sed ita collocari debet in prædica- *verbis*  
to quod constituit integra Patris descriptio, in appo- *posita, ut cū*  
sitione pro illo in Christi verbis posita, ut imme- *vocibus, ve-*  
diate conjuncta maneat cum vocibus *verus Deus*, *immediate*  
hoc modo: *Pater est ille solus verus Deus*, *vel maneat cō-*  
*Pater est is, qui est solus verus Deus*. Nam ad *juncta.*  
descriptionem Patris in sermone Christi pertinet  
hoc totum, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν: quamobrem e-  
tiam, ubi de Patre prædicanda ejus descriptio,  
hoc integrum & immutatum relinquendum est,  
nec committendum, ut exclusiva μόνος à vocibus  
immediate sequentibus, αληθινὲς Θεὸς, ullo modo  
divellatur.

IV. Ad locum i. Tim. VI. 16. quem Socinus *Eiusdem in*  
attulerat, ut ostenderet, vocem *solus* ad subje- *stantia cir-*  
ctum  
O 2



*in locum* Etum esse referendam, responderat Meisnerus loc.  
*1. Tim. VI.* cit. p. 381, eum plane dissimilem esse, habentem  
*16.* exclusivam expresse subjecto additam. Ad quæ  
 Schlichtingius regerit, Disp. de SS. Trinitate,  
 &c. p. 141. *Ovum ovo similius non est, quam loci*  
*isti sunt inter se similes.* *Adscribamus locum: quem*  
*(id est, Christum) temporibus propriis ostendet, il-*  
*le beatus, & solus potens, Rex regnantium, &*  
*Dominus dominantium, ille solus habens immorta-*  
*litatem.* In Græco est, ἐ μόνος ἔχων ἀθανατίαν. Quod  
 posterius membrum ita omnes fere interpretes red-  
 dunt: qui solus habet immortalitatem. Jam vero  
 si Græca verba spectemus, exclusiva solus non mi-  
 nus cum prædicato, habens immortalitatem, situ  
 conjuncta est, quam in Joannis loco cum prædicato,  
 verus Deus: nec expressius in uno exclusiva ad sub-  
 jectum respicit quam in altero. Quod si ergo omnes  
 interpretes, & Meisnerus ipse, particulam, solus  
 hīc ad subjectum referri vident, cur non etiam i-  
 dem illuc fieri censeant? Resp. Utriusque loci  
 dissimilitudinem diligenter expositam dedimus  
 supra, §. II. Integer sermonis Paulini con-  
 textus inspectus docet nos, hæc verba, ἐ μόνος ἔχων  
 ἀθανατίαν, continere novam descriptionem Dei.  
 Quæ si, formata peculiari propositione, de Deo  
 prædicetur, talis inde emerget propositio: *Deus*  
*est ille solus habens immortalitatem, vel Deus est*  
*ille, solus qui habet, sive ille qui solus habet immor-*  
*talitatem, unde sequitur hæc propositio; Deus so-*  
*lus seu solus Deus habet immortalitatem.* Sane  
 in

in citatis Pauli verbis, exclusiva μόνος stat immediate ante verbum ἔχων, nec habet post se aliquod nomen, quocum genere, numero & casu conveniat, ut cum eo construi possit. At in verbis Christi, τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, exclusiva μόνος stat immediate ante nomina, ἀληθινὸν Θεὸν, nullo interjecto verbo, & cum illis construitur. Igitur si hæc verba, continentia descriptionem Patris, de Patre prædicanda sunt, talis formari debet propositio, *Pater est ille solus verus Deus*; vel, *Pater est is, qui est solus ille verus Deus*: nec idem est, si cum Schlichtingio dicas, *Pater est is, qui solus est verus Deus*, vel, *Solus Pater est verus Deus*: nam in his duabus propositionibus exclusiva *solus* construitur cum voce *Pater*; cum in prioribus duabus construatur cum vocibus, *verus Deus*. Unde etiam plane diversus istarum propositionum sensus oritur. Nam nostræ illæ hoc sensu debent accipi: *Pater est ille solus verus Deus, extra quem non est aliis verus, & Pater est Deus is, qui est solus verus ille Deus, extra quem non est aliis verus Deus*. Socinianarum vero propositionum hic est sensus: *Pater est is, qui solus est verus Deus, nec extra Patrem est aliis, qui sit verus Deus, & Solus Pater est verus Deus, nec extra Patrem est aliis, qui sit verus Deus.*

V. Nondum quiescit Schlichtingius, sed ita gii diffu-  
porro instat, Disp. de SS. Trinitate, &c. p. 238. ratio de lo-  
Demus, particulam solus ad prædicatum referri eo co Job.  
pacto quo Meisnerus vult, ut nimirum talem Deum XVII. 3. enervatur.



verum determinet, extra quem nullus aliis sit verus Deus: nihilominus tamen omnes, praeter Patrem, excludendi vim habebit, & sic ad primum subjectum re ipsa spectabit. Quoties enim hoc pacto per vocem solus prædicatum determinatur, proinde est, ac si ipsi statim subjecto vox haec fuisset addita. Exemplis res fiet manifesta. Cum dico, Cicero est ille solus Orator, Virgilius est ille solus Poëta, perinde est; ac si dicerem, solus Cicero est Orator, solus Virgilius est Poëta. Sed ut scera potius afferamus exempla, nonne cum dico, Deus est ille solus Dominator, ille solus sapiens, ille solus potens, ille solus immortalitatem habens, ille solus Dominus per quem omnia, perinde est ac si dicerem; Solus Deus est Dominator, sapiens, &c. Solus Christus est Dei Filius Dominus per quem omnia. Similiter ergo cum dico; Pater est ille solus Deus, idem est ac si dicerem; Solus Pater est ille verus Deus. Resp. Si hoc obtainemus, particulam solus ad

*Quando particula* prædicatum referri eo pacto, ut talem Deum verum determinet, extra quem nullus aliis sit verus Deus; salva res est, vicimus. Nam ex omnium Logicorum doctrina absurdum est, particulam solus, cum tali modo ad prædicatum peribique aliud determinat; ne respicere & omnia præter illud excludere. Nec tiquam dici contrarium probant exempla à Schlichtingio adpotest eam ducta. Cum dico, ait, Cicero est ille solus Orator, perinde est ac si dicerem, Solus Cicero est Orator: cum dico, Deus est ille solus Dominator, ille



*Contra nostram sententiam, solutio.* III

ille solus sapiens, &c. aut Christus est ille solus Dei <sup>subjectum</sup>, Filius; perinde est ac si dicerem, Solus Deus est <sup>omnia</sup>. Dominator, sapiens, &c. Solus Christus est Dei <sup>præter il-</sup> <sup>tud exclusu-</sup> Filius. Enim vero binas istas propositiones, <sup>dere.</sup> quas ut æquivalentes in dictis exemplis affert Schlichtingius, easdem esse formaliter, nullus Ex proposi- Logicorum dixerit. Concedo alteram ex altera <sup>tione, quæ continet exclusivam</sup> recte inferri, hoc pacto Cicero est ille solus Ora- tor, nempe excellentissimus; Ergo Solus Cicero Solus, per- est ille Orator: Deus est ille solus Dominator, ille timente ad solus sapiens, &c. puta qui à se est Dominator, à prædicatu, se sapiens, &c. Ego Solus Deus est ille Dominator, ibique alio- tor, ille sapiens, &c. Christus est ille solus Dei quid deter- minantem; Filius, nempe proprius; Ergo Solus Christus est interdum Dei Filius: verum id fit ratione materiæ, & per recte infer- consequiam non formalem, sed materialem; tur proposi- quia nimirum id, quod in prædicato cum <sup>tio Exclusi-</sup> voce *solus* conjungitur, non latius patet subjecto. <sup>va exclusi-</sup> Non latius patet Orator excellentissimus, quam <sup>subjecti, per</sup> Cicero; Dominator, sapiens à se, quam Deus; <sup>consequen-</sup> Dei Filius proprius, quam Christus. At cum <sup>riale, nem-</sup> dico, Pater est ille solus verus Deus, nostra, pe cum id, quam in hac controversia defendimus, Thesis <sup>quod in</sup> est, Verum Deum latius patere Patre, & Filium <sup>prædicato</sup> quoque ac Spiritum Sanctum esse verum Deum. <sup>cum voce</sup> Quod antequam infringat Schlichtingius, & pro- mediate bet, verum Deum non latius patere Patre, nihil <sup>comjungi-</sup> egerit istis exemplis, nec iisdem effecerit unquam, tur; non cum dico, Pater est ille solus verus Deus, idem <sup>latius patet</sup> subjecto.



id esse ac si dicerem, *Solus Pater est verus Deus,*  
vel hoc ex illo cogi posse.

VI. Sed pergit Schlichtingius, Disp. de SS.  
Trinitate, &c. p. 238. *Nec ullum unquam istius  
locutionis, quod ineptum non sit, afferri poterit ex-  
emplum, quin prædicatum per vocem solus circum-  
scriptum nihil latius pateat, quam subjectum,  
seu cum subjecto reciprocetur.* Ratio hujus rei est  
*in promtu, quod vox solus alia omnia excludendi  
vim habeat, præter id cui apponitur.* At quid ex-  
cluderet, nisi ad subjectum respiceret? Num ea ex-  
cludet, que sunt extra prædicatum? At quis nescit,  
nullam rem se ipsa patere latius? Neque queritur,  
*an prædicatum se ipso non pateat latius, sed an la-  
tius non pateat subjecto?* Num ad alia prædicata  
excludenda eam additam esse dicemus? At neque  
hoc quidquam ad rem faceret, aut etiam verum es-  
set. *Adde quod in excludendis aliis prædicatis nul-  
lus sit usus nominis solus, sed adverbii solum, vel  
tantum. Præterea nisi alia subjecta, quecumque sunt  
extra Patrem excludendi vim haberet hæc particu-  
la, quo pacto Idola, aut Dii Gentium censebuntur  
exclusi, quorum tamen excludendorum causa omnes  
eam ad ditam esse fatentur?* Num enim, si verum  
Deum esse pluribus competit, quam Patri, conse-  
quetur *Idola verum Deum non esse, quia non sint  
Pater?* Resp. Exempla hujusmodi locutionis, qualia  
afferri posse Schlichtingius negat, mox afferemus,  
si prius rationes, ad stabiliendam suam assertio-  
nem ab ipso allatas, profligaverimus. Quærerit I.

Quid



*Quid excluderet vox solus, nisi ad subjectum pertinet? Resp.* in hac propositione, *Pater est ille in hac pro-*  
*solus verus Deus, vox solus excludit à prædicione,*  
*to, verus Deus, omnes præter unum, atque ita Pater est*  
*prædicati verus Deus naturam explicat, dum signifi-*  
*catur, verum Deum tantum unum esse, non plures.* *Vero Deus,*  
*Quærerit (2) Nisi alia subjecta, quæcunque sunt extra* *quid exclud-*  
*Patrem, excludendi vim haberet hæc particula, quo* *dat à prædi-*  
*pacto Idola aut Dii Gentium censebuntur exclusi,*  
*quorum tamen excludendorum causa omnes eam ad-*  
*ditam esse fatentur?* *Resp.* Hæc particula *solus*,  
*hic formaliter non excludit Idola aut Deos Gentium,* neque hoc dicunt omnes, qui nostram in-  
*terpretationem verborum Christi amplectuntur:*  
*sed excludit à prædicato, verus Deus, omnes*  
*præter unum, & significat, verum Deum non*  
*esse nisi unum.* *Quandoquidem vero Christus*  
*nos docet, Patrem esse illum unum verum Deum;*  
*& alioqui constat, Idola aut Deos Gentium essen-*  
*tia maxime diversos esse à Patre: facile hinc col-*  
*ligi potest, Idola aut Deos Gentium illum so-*  
*lum & unum verum Deum non esse.* *At Filium*  
*Dei non esse illum solum verum Deum, exinde*  
*non seq̄titur, nisi supponas, Filium Dei essen-*  
*tia diversum esse à suo Patre, quod Thesis no-*  
*stra negat.*

VII. Jam age, accipe quoque exempla pro- *Exempla*  
*positionum, in quibus id, quod in prædicato cum* *propositio-*  
*voce *solus* immediate conjungitur, latius patet* *nū, in qui-*  
*P* *sub- bus id quod*



*in prædicta-* subiecto. B. Meisnerus, Brevi Considerat. Theol.  
*eo cum voce* Photin. Cap. IV. p. 379. 380. hoc dedit exem-  
*solus imme-* plum : Ecclesia Wittebergensis est illa sola vera Ec-  
*diate conjū-* gitur, latig clesia : qua propositione significari docet, Eccle-  
*patet subje-* siam Wittebergensem esse veram Ecclesiam, cu-  
*cto.*

jus natura atque indeoles sit esse unam, extra quam  
 nulla sit alia vera Ecclesia; ut interim a communio-  
 ne hujus unius veræ Ecclesiæ non excludantur  
 aliæ Ecclesiæ Lutheranæ, quæ sunt ejusdem ra-  
 tionis ac fidei cum Ecclesia Wittebergensi. Juvat  
 Meisnerum ipsum audire. *Illustrare*, ait l. c. *hæc*  
*placet exemplo quodam simili, quod diversitatem in-*  
*ter exclusivam subjecti & exclusivam prædicati cla-*  
*rissime monstrabit. Falsa est propositio, si dicas, so-*  
*lus cætus Wittebergensis est Ecclesia vera ; quia*  
*hinc colligeretur, alios cætus non esse veram Eccle-*  
*siam. Interim recte dico : Cætus Wittebergensis est*  
*Ecclesia sola vel solum vera, quia sic non excludo*  
*alios cætus ab hoc prædicato, sed naturam expri-*  
*mo istius Ecclesiæ, quæ de cætu Wittebergensi præ-*  
*dicatur, nimirum quod sit talis Ecclesia, quæ vera,*  
*& quidem solum vera ; ad cuius communionem*  
*cætus hæretici non pertinent. Vides igitur exclu-*  
*sivam subjecti removere omne id, quod subiectum*  
*non est : sed exclusivam prædicati tantum ejus (Ec-*  
*clesiæ) exprimere indeolem veram ac nativam, quæ*  
*per exclusivam opponitur omnibus aliis, de illa na-*  
*tura & indeole non participantibus. Proinde sicuti,*  
*cum dico, Cætus Wittebergensis est Ecclesia, &*  
*quidem illa Ecclesia quæ solum vera, nimirum Chri-*  
*stia.*



stiana, Apostolica; his verbis non excludo à communione Ecclesiae solius veræ alios cætus Lutheranos, sed tantum cætus hæreticos extra Ecclesiam solum-veram constitutos: Ita quum dicitur, Pater est Deus, & quidem ille Deus, qui solum verus, non excludo personas Divinitatis à communione divine naturæ solum-veræ, sed tantū excludo res alias, extra illam naturam divinam, solum-veram constitutas. Haec tenus Meisnerus. En adhuc aliud exemplū. Cum causam exponere volo, quare S. Jacobus II. 20. demonstratus, fidem quæ est absque operibus, non esse veram salvificam fidem, sed fidem mortuam, vers. 21. probationem ducat ab exemplo fidei Abrahami; recte & accurate dico, paucis multa complexus, Jacobum ideo id fecisse, quia omnium confessione *Abrahami fides est illa sola vera & salvifica fides*: qua locutione significo, Abrahami fidem esse veram & salvificam fidem, atque ita quidem, ut nulla alia detur fides vera & salvifica, quæ sit natura atque essentia diversa à fide Abrahami. Si dicerem, Jacobum summisse argumentum a fide Abrahami, quia omnium confessione *Abrahami fides est vera & salvifica fides*, quæri posset, an ergo nulla alia detur fides, quæ natura atque essentia diversa sit a fide Abrahami, & tamen sit vera & salvifica fides? at hæc quæstio cessat, si dicam, Jacobum argumentum petiisse a fide Abrahami, quia *fides Abrahami est illa sola vera & salvifica fides*, extra quam videlicet nulla datur alia vera & sal-



vifica fides, natura & essentia à fide Abrahami diversa. Ubi tamen ab appellatione veræ fidei non excludo fidem v. g. Isaaci & Jacobi, quippe quæ utraque erat ejusdem rationis atque essentiæ cum fide Abrahami. Et hujusmodi quidem propositiones, qualis est ista, *Fides Abrahami est illa sola vera & salvifica fides*, secundum principia Logica potius appellandæ sunt propositiones habentes particulam exclusivam, pertinentem ad declarationem naturæ ejus, cum, quo in prædicato conjungitur, quam exclusivæ exclusi prædicati.

*Instantia 1.*

*Schlichtin-* VIII. Vellicat Meisneri exemplum Schlich-  
*gii adver-* tingius, Disp. de SS. Trinitate, &c. p. 240. atque  
*sus propo- instat (1): Non sic elaberis, Meisnere: Nam primum,*  
*sitionem, ex- nonne ipsa insolens loquendi ratio, cum dico, Eccle-*  
*empli loco à sia Wittebergensis est sola vera, vel solum vera*  
*Meisnero allatam, Ecclesia, prodit inter hoc dictum & Christi verba*  
*Cœtus diffimilitudinem? in quibus ille procul dubio communi*  
*Witteber- aliqua & usitata, non vero insueta loquendi ratione*  
*gensis est usus est. Resp. Non est, cur alicui insolens vi-*  
*illa sola deri debeat loquendi ratio, cum dicitur; Eccle-*  
*vera Ec- sia Wittebergensis est illa sola vera Ecclesia. Cer-*  
*clesia. te non inusitatæ sunt propositiones, quibus id,*  
*Reſp.* *quod in prædicato cum voce *solus* immediate*  
*conjungitur, de subjecto affirmative ennuncie-*  
*tur: quales sunt illæ ab ipso Schlichtingio supra*  
*allatæ, Deus est ille solus Dominator, ille solus sa-*  
*piens, ille solus potens, &c. Christus est ille solus Dei*  
*Filius. Et quamvis in his propositionibus id, quod*  
*in voce *solus* cum prædicato immediate con-*  
*jun-*



jungitur, non latius pateat subiecto, nihil tamen vetat, quin ad hanc formam etiam aliquid, quod in prædicato cum voce *solus* immediate conjungitur, latius patens subiecto, de illo affirmetur. Nec video aliquid abhorrens a loqueudi consuetudine in propositione, quam supra ad locum Jac. II. 20, 21. formavi : *Abrahami fides est illa sola vera & salvifica fides*, nempe extra quam nulla datur alia vera & salvifica fides, natura atque essentia diversa à fide Abrahami Cui propositioni similis est illa Meisneri : *Ecclesia Wittebergensis est illa sola vera Ecclesia*, puta, extra quam nulla datur alia vera Ecclesia, natura atque essentia ab illa diversa.

IX. Instat Schlichtingius (2) : *Deinde aut consistere non potest id quod dicas, aut nostram sententiam confirmat. Quid ita? Nam cum aīs, recte dici, cætum Wittebergensem esse Ecclesiam solam aut solum veram, vel Ecclesiam intelligis in genere seu collective sumtam, prout omnes singulares cætus hominum Christi doctrinam salutarem profitentium continet: vel intelligis Ecclesiam singularem ac separatim consideratam. Si prius, verum quidem est, Ecclesiam isto modo sumtam solam esse veram Ecclesiam: sed falsum est, Wittebergensem cætum esse Ecclesiam pro omnium singularium Ecclesiarum collectione acceptam. Si posterius, ut demus verum esse, Wittebergensem cætum esse Ecclesiam singularē eamque veram: at profecto falsum est, esse solam vel solum*



solum veram, cum & aliæ sint singulares Ecclesiæ veræ præter ipsam. Et, si vere dici posset, cœtum *VVittebergensem esse singularem Ecclesiam solam veram, æque profecto vere diceretur, solum VVittebergensem cœtum esse Ecclesiam veram.*

Resp.

Schlichtingius in prima sui argumenti propositio-  
ne vel imperite, vel insidiose confundit Ecclesiam  
*veram in genere*, & Ecclesiam veram collective  
*sumtam*, prout omnes singulares Ecclesiæ veras  
complectitur, quam vocare solemus Ecclesiam uni-  
versalem. Cum ais, inquit, recte dici, cœtum Wit-  
tebergensem esse Ecclesiam solam aut solum verā;  
vel Ecclesiam intelligis *in genere seu collectim sumtam*, prout omnes singulares cœtus homi-  
num Christi doctrinam salutarem profitentium  
continet: vel intelligis Ecclesiam singularem ac  
separatim consideratam. Atqui inter Ecclesiam

*veram in genere, & Ecclesiam veram collective sumtam*, quæ omnes singulares veras Ecclesiæ  
*veram comprehendit*, maximum est discrimen. Nam  
Ecclesia vera in genere, respectu singularium  
verarum Ecclesiarum, est totum universale, quod  
de unaquaque singularium verarum Ecclesiarum  
prædicari potest, sicuti v. g. aqua in genere sum-  
ta de unaquaque gutta aquæ, quæ est in aliquo flu-  
dit, maxi-  
vio, tanquam de singulari aqua, prædicari apta  
mum est di-  
scrimen. At Ecclesia vera collective sumta, prout omnes  
singulares Ecclesiæ veras complectiur, respectu il-  
larum est totum integrale, quod de unaquaque fin-



singulari vera Ecclesia , tanquam parte sua integrali , prædicari non potest : sicuti fieri nequit , ut v. g. aqua tota atque integra alicujus fluvii de unaquaque aquæ gutta, fluvio illo contenta, tanquam de parte sua integrali , prædicetur. Unde quilibet videt, Schlichtingii disjunctivam laborare insufficienti partium enumeratione. Cum dicimus , *Ecclesiam Wittebergensem esse illam solam veram Ecclesiam*, non intelligimus veram Ecclesiam collective sumtam , prout omnes Ecclesiæ veras singulares continet : nam vera Ecclesia collective sumta est totum integrale , & Wittebergensis Ecclesia est una partium ejus integrarium , totum autem integrale de aliqua parte sua integrali prædicari nequit : nec intelligimus veram Ecclesiam singularem , quia plures sunt Ecclesiæ veræ singulares, non una tantum ; si quis autem diceret, Ecclesiam Wittebergensem esse illam solam veram Ecclesiam singularem , supponeret , unam tantum esse ecclesiam veram singularē: sed intelligimus veram Ecclesiam in genere, seu generaliter sumtam, quæ procul dubio una est. Hæc est totum universale, Ecclesia Wittebergensis est singulare seu individuum, sub illa , tanquam sub suo genere , comprehensum. Quare ergo illa una vel sola Ecclesia vera in genere , quæ est totum universale & genus, de Ecclesia Wittebergensi, tanquam parte sua & singulari sub ipsa contento , non vere prædicari queat , dicendo , *Ecclesia Wittebergensis est illa una vel sola vera Ecclesia?*



fia? nisi forte universale de singulari, sub ipso contento, prædicare amplius non liceat, salva veritate.

*Schlichtin-* X. Tandem Schlichtingius, ea, quæ de  
gius, ea, Meisneri propositione dixerat, applicaturus ad  
*que de Meis.* propositionem è verbis Christi desumptam, hæc  
neri proposi<sup>s</sup> subjungit: *Transferamus hoc ad rem nostram:*  
*tione dixe-* ponamus Christum dicere, Patrem esse Deum  
rat, ad pro- solum verum, seu Deum qui solus sit ve-  
positionem è verbis Chri- rus. Jam quero, vocem Dei quo sensu  
fi desum, accipi putet Meisnerus, an pro natura pluribus in-  
tam appli dividuis communi, an pro individuo singulari? Si  
cans, re-prius, & plures numero Deos inducit, & Christum  
pellitur. falsa dicentem finget. Nec enim Pater, qui indi-  
viduum est, natura aliqua est pluribus communis.

*Quando Pa-* Si posterius, profecto solus Pater est verus Deus: si  
ter dicitur illud est individuum, quod solus est verus Deus. Ita  
esse ille solus Meisnerus in eum, quem vitare voluit scopulum, illi-  
verus Deus, sus est. Resp. Quando Christus dicit, Patrem esse il-  
vox Dei ac- lum solum verum Deum, Meisnerus, & nos cum ip-  
cipitur non so, vocem Dei accipimus non pro natura pluribus  
pro natura individuis communi, sed pro natura individua-  
pluribus in- dividuis singulari, quæ tamen pluribus personis est com-  
communi, munis. Unde non valet hæc consequentia:  
sed pro na- si Pater est individuum, quod est solus verus De-  
tura indivi- us, solum Patrem esse verum Deum. Nam non  
dua singu- solus Pater est illud individuum, quod est solus  
lari, quæ ta- verus Deus; sed & Filius est illud individuum quod  
men pluribꝫ personis est est solus verus Deus, & similiter Spiritus Sanctus:  
communis, quia



quia natura Dei singularis & individua tribus i-  
stis personis secundum thesin nostram commu-  
nis est , deque illis prædicatur. Nec est , quod  
dicas , non posse naturam Dei individuam ,  
prædicari de pluribus; quia singulare seu individu-  
um est, quod de pluribus prædicari nequit, & in eo  
contradistinguitur universali , cuius natura est , ap-  
tum esse , ut prædicetur de pluribus : nam ad-  
dendum vel subaudiendum est aliquid in his defini-  
tionibus. Individuum seu singulare est, quod de pluribus  
pluribus prædicari nequit , adde *cum sui multi- plicatione* , seu ita , ut in pluribus illis mul-  
tiplicetur. Universale est , quod de pluribus  
prædicari potest , adde , *cum sui multiplicatione*. Dicitur enim aliquid (v. g. Petrus) individuum ,  
non quod simpliciter non possit dividi in plura ; Universale  
(Petrus enim dividi potest in plures partes essen- est , quod  
tiales , animam & corpus , plures item partes in de pluribus  
tegrales caput, thoracem, ventrem, &c.) sed quod prædicari  
non possit dividi in plura talia , quale est ipsum *poteſt*, ad-  
adæquate. Sic Petrus non potest dividi in plures multipli-  
tales , qualis est ipse , puta in plures Petros , & catione.  
per hoc est individuum. At homo , qui est uni-  
versale , potest dividi in plures tales , qualis est *Dicitur a-*  
*ipſe* , nempe in plures homines , Petrum , Paulum , liquid (v. g.  
Johannem , &c. Additur in definitione indivi- *Petrus*) in-  
dui vox *adæquate* , propter illa individua , quæ *dividuum* ,  
sunt tota homogena: quod videlicet quodlibet *non quod*  
hujusmodi individuum possit dividi in plura talia , *simpliciter*  
*non possit* *dividi in*

Q



*pluratalia*, quale est ipsum ; ( v. g. hoc aurum in plures  
*quale est i-* partes , quarum quælibet est hoc aurum ) sed non  
*psum adæ-* in plura talia quale est ipsum adæquate , cum nul-  
*quate.* la pars adæquet totum . Ex eo autem , quod in-  
*Ex quo se-* dividuum non possit dividi in pluratalia , quale  
*quitur , In-* est ipsum adæquate , sequitur , etiam illud præ-  
*dividuum* dicari non posse de pluribus cum sui multiplicatio-  
*etiam pre-* nione . Sic quia Petrus non dividi potest in plu-  
*dicari non* posse de res tales , qualis est ipse , puta in plures Pe-  
pluribus cū tros , etiam prædicari non potest de pluri-  
*sui multi-* bus cum sui multiplicatione . At homo , qui  
*plicatione.* est universale , quia potest dividi in plures tales ,  
qualis est ipse , puta in plures homines , in Pe-  
trum , Paulum , Johannem , &c. potest quoque  
de illis prædicari cum sui multiplicatione : nam  
Petrus est homo , Paulus est homo , Johannes est  
homo , & hi tres non sunt unus homo , sed tres  
homines . Dixi , ex eo quod individuum non  
*Ceterum* possit dividi in plura talia , quale est ipsum , se-  
*non sequi-* qui , illud etiam non posse prædicari de pluribus  
*tur , illud* cum sui multiplicatione . Cæterum non se-  
*non posse* prædicari , illud non posse prædicari de pluribus citra  
*prædicari* de pluribus sui multiplicationem : quia indivisibilitas in plura  
*citra sui* talia , quale est ipsum adæquate , ( in qua na-  
*multiplica-* tura individui consistit ) excludit tantum priorem  
prædicationem , quæ est cum sui multiplicatione ;  
non vero posteriorem , quæ est sine sui multipli-  
catione . Nam si ponamus , aliquid posse prædi-  
cari de pluribus sine sui multiplicatione , non au-  
tem cum sui multiplicatione , erit illud adhuc in-  
di-



dividuum: quia si prædicari non potest de pluribus cum sui multiplicatione, est quoque indivisibilis in dividuum, le in plura talia, quale est ipsum adæquate, & non potest per hoc individuum. Ex dictis appareat, Deum, plures tales ut individuum, non posse dividi in plures tales, qualis est in quales est ipse, nempe in plures Deos; indeque proptere, non potest in etiam prædicari non posse de pluribus, cum sui plures Deos; multiplicatione. Quod tamen non impedit, quo indeque eminus prædicari possit de pluribus sine sui multiplicatione, dicendo: Pater est Deus, Filius est cari non potest de pluribus Deus, Spiritus Sanctus est Deus, & hi tres non ribus cum suis sunt tres Dii, sed sunt unus Deus. Ita Meisnerus eum, in quem Schlichtingius ipsum appellatur contendit, scopulum caute vitavit, & felicitatem non prætervectus est.

XI. Ostendimus hucusque ex ipso positu Joh. XVII. 3, non solum Patrem, in isto Christi sermone, illum verum Deum dici, nec ab hac appellatione Filium excludi. Quibus nunc submultiplicamus locum 1. Joh. V. 20. ubi haec ipsa appellatio ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, totidem apicibus prædictur de Filio. Sumus in vero illo, in Filio ejus Jesus Christus. Hic est ille verus Deus, & vita æternitatem.

XII. Ad hunc locum cum provocasset etiam Meisnerus Brevi Considerat. Theol. Photin Cap. IV. p. 375, excipit Schlichtingius, Disp. de SS. Trinitate, &c. p. 228. 229: citanda erant & antecedentia, ut tantum melius appareret, ad quem ultima ista verba, Hic est verus Deus, referri debeant.

Q 2

I a



Ita enim prius dixerat Joannes: Scimus, quod Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum verum; ac demum subjungit; & sumus in illo vero, &c. Ubi quis videt, illum verum distingui à Jesu Christo illius veri Filio. Quare cum dicitur, nos esse in illo vero, existimandum non est sequentia verba, in Filio ejus Jesu Christo, per appositionem illis adjungi; sed particulam in, creberrima significatione, idem valere, quod per, & modum seu causam intermedium indicari, per quam sumus in illo vero, nempe eam esse Filium ipsum Jesum Christum. Piscator id ipsum videns, appositionem nimirum in verbis illis, in Filio ejus Jesu Christo, haud esse; quia hoc pacto unus & idem diceretur sui iphius Filius, id quod, inquit, simpliciter est impossibile; conjunctionem copulativam post verba, in illo vero, vult intelligi, quasi dictum esset: Sumus in illo vero, & in Filio ejus Jesu Christo. Cum igitur ille verus aperte à Jesu Christo, tanquam Pater à Filiō distinguatur; quid cause est, ut sequentia verba, hic est verus Deus, non ad illum verum, de quo principaliter agitur, ipsam adeo vim vocum sequi, sed ad Jesum Christum, quamvis proxime nominatur, referamus? Pronomina enim ista non semper ad proxime nominatum respicere; sed ad eum potius, cūjus præcipua sit mentio, & ratio ipsa, & multa alia Scripturæ exempla evincunt. Vide ad marginem hæc inter alia complura. Adscripsit autem



autem in margine sequentia, 2. Theff. 2. 9. Hebr.  
5. 7. Joh. 9. 22. 1. Joh. 2. 22.

XIII. Resp. Cum dicit S. Johannes, *Scimus quod Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum verum, supple, Deum;* manifestum est, à Filio Dei distingui illum verum, & per hunc designari Patrem Filii Dei. Quando autem subjungit, *& sumus in illo vero, in Filio ejus Iesu Christo,* per illum verum, non eundem quem antea, puta Patrem, sed Filium se intelligere, declarat ipse, verbis per appositionem additis, *in Filio ejus Iesu Christo;* qui non est ille verus Deus, qui est Pater, personaliter, est tamen ille verus Deus, qui est Pater, essentialiter. Certe in uno commate vocem unam, bis positam, non de uno eodemque intelligendam esse, nihil est insolens, uti v. g. de uno eodemque cognovit. Ubi vox Mundi, ter occurrens, non de uno eodemque accipitur, sive nostram, sive esse, nihil Schlichtingianam respicias interpretationem. Nos per Mundum primo & secundo loco hoc universum, tertio loco homines intelligimus. Schlichtingio Mundus primo loco homines in genere, secundo multos homines, tertio plerosque homines, eosque secundum carnem potiores notat. Vid. ejus Comment. ad dictum locum. Atque ita h̄c appellatione τ& ληθω& bis occurrente, pri-

Reff.

*In uno commate vocem unam, bis positam, non de uno eodemque intelligendam esse, nihil est insolens,*

Q 3 mo



mo Patrem, & postea Filium designari dicimus. Sed ut in verbis, καὶ ἐσμεν ἐν τῷ αὐτῷ χριστῷ, εἰ τῷ οὐτῷ αὐτῷ ἡστὸς χριστῷ, præpositioni εἰ bis positæ, duplìcem significationem tribuamus, propriam & impropriam, atque ista verba exponamus cum Schlichtingio, & sumus in illo vero, per filium ejus Jesum Christum; nihil est, quod nos cogat. *Particula in*, scribit Schlichtingius in Comment. ad h. l. p. 417. b. ponitur proper. Neque novum est, ut in eodem orationis complexu particula in, nunc propriā habeat significationem, nunc accipiatur proper, inter alia Rom. X. 8. 9. Propterea est verbum in ore tuo, & mox: si confitearis in ore tuo, ubi priorē loco in accipitur proprie, posteriore significat proper. Similiter Eph. III. 21: Ip̄si Gloria in Ecclesia in Christo Iesu: quibus in verbis prius in propriam habet significationem, posterius significat proper. Vide & Rom. XV. 13. Eph. I. 3. & 6. Col. I. 16. II. 7. Nos non negamus, particulam εἰ aliquibus in locis, in eodem orationis complexu, duplii ista significatione legi, & modo pro in, modo pro proper accipi, subiecta materia id postulante: at quæ hīc necessitas deserendi propriam significationem? Nonne credentes in Scriptura s̄epius dicuntur esse, manere in Christo? Vid. Rom. VIII. 1. II. Cor. V. 17. Joh. XV. 4. 5. 6. 7. 1. Joh. II. 28. III. 6. Cur ergo non hīc quoque, cum dicitur, Et sumus in illo vero, εἰ οὐτῷ αὐτῷ ἡστὸς χριστῷ, propriam particulæ significationem servantes, verba ista sic



sic accipiamus; Et sumus in illo vero, in filio ejus Iesu Christo. Piscator post illa verba, Et sumus in illo vero, copulativam & inferendam judicans, falsa ratione deceptus est: quia non animadvertis, perverum illum, bis in hoc commate positum, non unum & eundem sed alium atque alium, & primo quidem loco Patrem, secundo Filium significari, hoc patet: Scimus quod Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum verum, nempe Patrem, & sumus in illo vero, in Filio ejus Iesu Christo. Ubi hæc appositio, in Filio ejus Iesu Christo, docet, illum verum posterius appellatum, non esse eundem illum verum, qui prius nominabatur. Nam qui prius nominabatur ille verus, est Pater, & distinguitur a Filio, qui ejus cognoscendi mentem nobis dedit: at qui posterius appellatur verus Deus, in quo esse dicimur, per appositionem in Filio ejus Iesu Christo, declaratur aperte esse ipse Filius Jesus Christus. Unde patet, per hanc appositionem nequaquam unum & eundem dici sui ipsius filium. Et cum additur, Hic est ille verus Deus & vita eterna, hæc verba merito ad Jesum Christum, proxime nominatum, referuntur. Sane ordinarie & nativa sui significatio pronomen & eos demonstrat proxime nominatum: & licet nonnunquam aliud demonstraret, ut I. Joh. II. 22; (in reliquis tribus locis a Schlichtingio citatis in margine, exstat pronomen relativum, non demonstrativum, in quorum tamen vicem proxime

Pronomen  
et or-  
dinaria  
& nativa  
sui signifi-  
catione de-  
monstrat  
vicem proxime



nominatū : vicem reponi possunt hæc tria, Act. IV. II. VII. 19.  
 & licet non- & X. 6. in quibus legitur pronomē  $\&\tau\sigma\varsigma$ , & re-  
 nunquam spicit remotius) nunquam tamen id factum esse  
 aliud demō- videmus, nisi cum contextus id evidenter docet,  
 stret, nun- quam tamē nulloque modo patitur demonstrativum  $\&\tau\sigma\varsigma$  ad  
 videmus id proxime nominatum referri. Et vero quam  
 factum esse, curate Spiritus S. evitare voluerit ambiguitatem,  
 nisi cum cō- ne tali usū ac situ pronominis demonstrativi for-  
 textus id eō tean turbaretur lector, patet ex hoc ipso Cap. V.  
 videnter docet, nul- Epist. I. Joh. vers. 5. & 6. ubi nomen remotius  
 loque modo Jesus, ad quod pronomē  $\&\tau\sigma\varsigma$  respicit, expresse  
 patitur de- repetitur, ut pronomē istud aliorum referri o-  
 monstrati- mnino nequeat. Sed ut in vers. 20. ad remotius re-  
 tivum  $\&\tau\sigma\varsigma$  feratur, nihil est quod cogat, nisi præjudicata opi-  
 ad proxime nio, Christum non esse illum verum Deum, quod  
 nominatum tamen est  $\tau\circ\eta\pi\omega\mu\epsilon\nu\circ\circ$ . Nec concedimus Schlich-  
 referri. tingio, de illo vero prius nominato, nempe Patre, non de Filio principaliter hoc versu agi. Pater  
 bis designatur: primo voce Dei, facta mentione Filii Dei, & deinde vocibus, *ille verus*, primo loco positis, ejusque cognoscendi facultatem per filium nobis datam indicatur, his verbis: *Scimus, quod Filius Dei venit, & dedit nobis mentem cognoscendi illum verum.* Hæc autem omnia eo pertainent, ut sumnum Filii Dei in nos collatum beneficium repræsentetur: Ipse autem Filius multo luculentius, & præcipuo instituto cognoscendus nobis proponitur. Primo bis nominatur *Filius*. Deinde exprimitur ejus mons proprium, cum cognomine & vocatur *Jesus Christus*. Tum duplex ejus actio



actio memoratur, nempe quod *venit*, & quod *dedit nobis mentem*, ut *cognoscamus illum verum*, puta Patrem. Præterea nostri in illum insitio significatur, & ipse quoque ille verus appellatur. *Et sumus in illo vero, in Filio ejus Iesu Christo.* Ex quibus apparet, præcipue hic agi de Filio Dei, Iesu Christo, atque adeo etiam hoc nomine statuendum esse, demonstrativo  $\varepsilon\tauος$  Filium Dei, proxime nominatum, demonstrari in verbis sequentibus; *Hic*, inquam nempe, *Iesus Christus, est ille verus Deus & vita æterna.* Quæ posterior appellatio etiam optime in Filium Dei convenit stylo scripturæ: quandoquidem in N. Testamento Pater nunquam, at Filius aliquoties *vita*, cum epitheto, *æterna*, vel expresso, vel tacite intellecto vocatur, i. Joh. I. 2. Joh. XI. 25. & XIV. 6. Unde etiā hoc ipso capite V. Epist. i. Joh. vers. 11. 12. *vita æterna*, quam dedit nobis Pater, dicitur *esse in Filio ejus*, ita ut *qui habet Filium, habeat vitam; qui non habet Filium Dei, vitam non habeat.* Et subjugit ibi S. Johannes vers. 13. *Hæc scripsi vobis, qui creditis in nomen Filii Dei, ut sciatis, vos vitam æternam habere, & ut credatis in nomen Filii Dei.* Conf. Joh. XX. 31. Enquam bene omnia sibi invicem, & scopo S. Scriptoris respondeant in nostra interpretatione, nativam atque ordinariam verborum significationem ubique servante. At Schlichtingii interpretatio vexat pri-

*Schlichtin-  
gianæ in-  
terpreta-  
tionis loci  
Job.V.20.*

mo propositionem  $\epsilon\nu$ , in verbis,  $\epsilon\nu \nu\omega \alpha\nu\tau\delta \iota\eta\sigma\delta$  incommo-  
 $\chi\epsilon\tau\omega$  in proper positum esse contendens. Dein-

R de



de in verbis, *Hic est verus Deus*, demonstrativum  
& *τος* refert ad remotius. Denique hoc ipso pro-  
positionem S. Johannis facit tautologicam & nu-  
gatoriam. Nam si pronomem *& τος* non ad filium  
Jesum Christum, sed ad illum verum Deum, cu-  
jus Filius est Jesus Christus, referatur; verbo-  
rum Johannis hic erit sensus: *Hic, nempe ille ve-  
rus Deus, est ille verus Deus.* Cum enim supra  
dixerat, *ut cognoscamus illum verum*, subaudien-  
dum est substantivum, & quidem substantivum  
*Deus*, quod in fine versus vocibus, ὁ ἀληθινὸς  
adjicitur. Nec diffitetur Schlichtingius in Comm.  
ad h. l., ad ista verba, *ut cognoscamus illum verum*,  
addens, Oper. Exeget. Tom. II. pag. 417. a. *In-  
tellige, Deum.* Unde etiam hæc ipsa vox, *Deum*,  
expresse addita legitur in Codice MS. quo usus  
est Grotius in editione Complutensi Græca, &  
latina vulgata, ut & apud Basilium lib. IV contra  
Eunom ac Cyrrillum. de Trinit. Dial. III. Nec ef-  
fugit Schlichtingius, postea ad verba, *Hic est ve-  
rus Deus*, scribens ibidem p. 418 a: *Pronomen hic,  
non ad alium, quam ad illum, cuius Filius est Jesus  
Christus, id est, ad Jesu Christi Patrem referendum  
est, vel ipso Jesu Christo autore, (cujus vestigia  
hic legisse videtur Joannes) qui Patrem suum solum  
verum Deum esse dixit, & sese ab illo tanquam e-  
ius Legatum distinxit, Joan. XVII. 3.* Ne quis pu-  
tet, quod & illi objiciunt, propositionem fore tau-  
tologicam, quasi dictum sit, *hic verus Deus est ve-  
rus*



*verus Deus, nisi verba ista ad Jesum Christum referantur. Nihil minus, ut dictum est; quanquam & repetitio ac asseveratio ejusdem sententiae posset esse, quasi dictum sit: Hic, inquam, est verus ille Deus, &c. Enimvero licet in his verbis, ut cognoscamus illum verum, designetur Pater: attamen non expresse Pater sed solummodo ille verus appellatur. Si ergo pronomen; ἐτος ad illum verum respicere velis, explicanti, quemnam hoc pronomen demonstret, ἀπὸ οὐνὶς repetenda sunt verba, ille verus, hoc modo: Hic, puta ille verus Deus, est ille verus Deus. Nam ἀπὸ οὐνὶς repetendum utique est id, quod in textu expresse positum legitur, & cum quo sequens pronomen construitur. Verum hæc propositio, ille verus Deus est ille verus Deus, manifesto est inepta. Non enim continet repetitionem atque asseverationem ejus quod ante dictum erat; sed est propositio tautologica & identica, idem dicēs de eodem, & affirmans de subjecto prædicatum iisdem constans verbis, quibus constat subjectum: quod est omnino atque absurdissime nugari.*

R 2                    CAP-



## CAPUT. VI.

Secundum & tertium Socini  
contra nostram sententiam  
argumentum , à Schlichtin-  
gio defensum , confutatur.

## I.

*2. Argu-  
mentum So-  
cini.*

Alterum Socini argumentum proponit Schlich-  
tingius , Disp. de SS. Trinitate , &c. adversus  
Meisner. art. I. p. 255. Sequitur , inquiens , *nunc*  
*aliud , sumtum ex Epistola ad Eph. cap. 4. 6. ubi Pau-*  
*lus ait : Unus Deus , & Pater omnium . Hæc Apo-*  
*stoli verba clare docent , eum qui sit Deus ille unus ,*  
*non alium esse quam Patrem omnium . Ex quo con-*  
*sequitur , ne ipsum quidem Jesum Christum esse Deum*  
*illum unum . Neque enim Jesus Christus est Pater*  
*omnium , imo & ipse Patrem habet , eundem illum , qui*  
*omnium est Pater . Respondeo . Meisnerus , Brevi-*  
*Locus Eph. Consid Theol. Photin. cap. IV. p. 336. 387. 388.*  
*IV. 6. decla-*  
*ratur .* cum multis aliis , censem , in loco Eph. IV. 6. vo-  
cem Patris non capiendam esse personaliter &  
determinate ; pro prima tantum Trinitatis per-  
sona , sed essentialiter & absolute , prout Patri ,  
Filio & Spiritui Sancto est communis : atque ita  
*lubenter , inquit , fatemur , quod sit unus Deus &*  
*Pater omnium ; is autem est Spiritus Sanctus , Filius*  
*& Pater ταῦ ἐξοχῆν vel specialiter ita dictus , & per*  
*con-*



consequens Filius à vera Deitate non excluditur. Verum quia hoc Cap. IV. Epist. ad Ephes. inter rationes servandæ à fidelibus unitatis spiritualis, unus Spiritus, vs. 4, per quem intelligitur Spiritus S., omnia membra corporis istius mystici animans, vivificans ac regens; unus Dominus, vs. 5. qui est Jesus Christus, & unus Deus & Pater omnium fidelium, vs. 6, distincte commemorantur; malim cum illis facere; qui concedunt utramque vocem, Dei & Patris omnium, non absolute sumi, ut communes sunt Patri, Filio & Spiritui Sancto, sed determinate, ut iis designetur tantum Pater, qui est Pater Domini nostri Jesu Christi. Solet is enim in hac Epistola ut Deus & Pater noster describi. Sic Cap. I. 2. 3. scriptū legimus: *Gratia sit vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Benedictus esto Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis omni benedictione spirituali in cælis, in Christo.* Ubi, qui vers. 2. dictus est *Deus Pater noster*, mox *Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi* vocatur vers. 3. Et Cap. III. 14. seqq. ait Apostolus: *Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, Ex quo tota familia in cælis & in terra nominatur, Ut det vobis, secundum divitias gloriæ sue, ut fortiter corroboremini per Spiritum suum in interiore homine, Et inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.* Sed quid inde jam sequitur? Nihil aliud, quam eum, qui sit Deus ille unus personaliter & deter-

R 3

mina.



minate sic dictus, nempe prima persona Divinitatis, non alium esse quam Patrem omnium, qui est Pater Jesu Christi. Non autem hinc sequitur, eum, qui sit Deus ille unus essentialiter & absolute sic dictus, non esse alium quam Patrem omnium, qui est Pater Jesu Christi. Hanc solutionem argumenti Socini non attigit Schlichtingius, sed Meisneri tantum responsionem duplum impugnavit, quarum alteram, quæ absoluta est, supra recensuimus, altera procedit ex hypothesi, quod nimur, *si maxime ponatur, vocem Patris personaliter accipi, non tamen hinc sequetur, Filium non esse Deum, quia non sit Pater. Nam exclusiva (unus) nequit opponi Filio, quippe quem alibi Scriptura dicit esse verum magnumque Deum, 1. Job. 5. vers. 10. Tit. 2. v. 13.* Sed necessario creaturis, falsisque Idolis intelligitur opposita, &c. Harum vero responsionum neutram cum nostram fecerimus, non est, cur circa istud Socini argumentum diutius moremur.

3. Argumē-  
tum Socini.

II. Progredimur potius ad tertium Socini argumentum, de quo ita Schlichtingius, Disp. de SS. Trinitate, &c. art. I. p. 276: *Tertio loco producit Socinus Pauli Apostoli dictum 1. Cor. 8. 6. Nobis unus (est) Deus, Pater ille, ex quo omnia, & nos in illum. Ex hoc enim Pauli dicto clarissime cernitur præter Patrem ex quo omnia, neminem esse unum illum Christianorum Deum. Explicare enim volens Paulus, quis sit ille unus Christianorum Deus, addit: Pater ille, ex quo omnia, & nos in illum.* Unde con-

consequitur; alterum altero nequaquam esse vellatius vel angustius. Quod ibi Schlichtingius pag.

277. 278. & 279. per diversas rationes late exequitur.

Omissis aliorum sententiis, dicam quid mihi videatur, qua ratione commodissime & hunc locum Pauli exponi, & argumentum inde

petitum solvi posse existimem. Itaque Respon-

deo: cum Paulus ait, *Nobis unus est Deus, Pater* *Loc⁹ I.Cor.*

*ille ex quo omnia, vox Deus sumitur,* non ut est *VIII.6. late*

*communis tribus personis Divinitatis, sed ut pe-*

*culiariter tribuitur primæ personæ;* & hinc unus

*Deus quis sit, explicare volens Paulus,* addit:

*Pater ille ex quo omnia, & nos in ipsum.* Unde

sequi concedimus, alterum altero nequaquam es-

se vel latius, vel angustius. Similiter cum ad-

ditur, *& unus Dominus Jesus Christus, per quem o-*

*mnia, vox Dominus sumitur,* non ut est commu-

nis tribus personis Divinitatis, sed ut peculiariter

tribuitur secundæ Divinitatis personæ. Et, hic

unus Dominus quis sit, explicare volens Paulus,

addidit: *Jesus Christus, per quem omnia, & nos per*

*ipsum.* Unde rursus sequitur, alterum altero ne-

quaquā esse vel latius vel angustius. Liquet autem

ex contextu, vocem Domini hīc non minus augusto

capi significatu, quam vocem Dei. Dixerat A-

postolus de esu eorum, quæ immolantur ido-

lis, Corinthios instituens, vers. 4: *Scimus ejusmo-*

*di idolum, id est, Deum idolo, seu imagine & si-*

*mulacro repræsentatnm, (signum pro signato, ad*

hanc

Reff.

*& diligen-*  
*ter explica-*  
*tur.*



hanc enim significationem vocis idolum, dicit nos seq. vers. 5, ubi non de imaginibus & simulacris, sed de Diis ipsis agitur, ut bene observat Thomas Morton, in Expos. Prior. Epist. Corinthiacæ ad hunc vers. nec abnuit Schlichtingius, in Comm. ad eundem) *nihil esse in mundo*, id est, non esse revera id quod creditur esse, pro quo habetur & colitur, puta Deum, uti patet ex eo quod statim hoc vers. sequitur, & *nullum esse Deum alium, nisi unum*. Jam ad hoc probandum additur vers. 5. *Nam etiamsi sunt, qui dicantur ac religiose colantur à Gentilibus Dii, & in cælo & in terra, (sicut sunt hujusmodi Dii multi & Domini multi)* Dixerat esse λεγομένους Deos in cælo & terra, in hac parenthesi multitudinem & immensam copiam istorum λεγομένων Deorum indicat: nequaquam vero hæc parenthesis eum in finem addita videri debet, quasi concederet Apostolus dari multos Deos, videlicet in Scriptura sic dictos, Angelos & Magistratus. Nam de his loqui, erat extra scopum Apostoli. Exequitur enim doctrinam de esu idolothitorum, seu eorum, quæ idolis erant immolata, atque hac occasione agit de ipsis idolis, seu Diis inter Gentiles cultis (uti hoc observavit etiam Socinus, in Resp. ad lib. Wujeki, Cap. I. Oper. Tom. II. p. 534. a.) non de Angelis & Magistribus, quos Scriptura quidem Deos vocat, nequaquam vero ut religiose colendos proponit, qui non culti religiose, facile a quovis intelliguntur

tur esse ex alio genere, quam Deos religiose cultos à Gentilibus. Nempe opponit multos Deos a Gentilibus cultos, Deo uni colendo a Christianis. Alias enim etiam Christiani fatentur, Angelii & los & Magistratus esse Deos, secundum modum loquendi Scripturæ, sed non Deos religiose collendos: qui quidem non sunt falsi, sunt tamen improprie dicti Dii. Quod si religiose colantur, fiunt & ipsi Dii falsi. Dum autem Apostolus per Deos multos intelligit Deos a Gentilibus <sup>improprie</sup> <sub>dicti</sub>. cultos, sane non potuit concedere, esse Deos multos, prout scil. a Gentilibus Dii multi esse dicuntur. Gentiles statuebant multos Deos proprie dictos, id est, multa Numina religiose colenda: Christiani agnoscunt unum Deum proprie dictum, id est, unum Numen religiose colendum. Nam certum est, nec Gentilibus, nec Christianis, nec Philosophis, nec Theologis, esse & vocari Deum propriæ dictum, nisi quem pro Numine religiose colendo habeant. Si quem vocent Deum, quem pro Numine religiose colendo non habeant, Deum improprie dictum intelligunt. Cujus impropriæ significationis exemplum habemus in trito illo: *Homo homini Deus, & homo homini lupus vel diabolus.* Unde cognosci potest, (ut hæc lendo habet ἐν παρόδῳ addam) quam longe ab omni usu & <sup>ant.</sup> consuetudine loquendi recedant Sociniani, dum Angelos & Magistratus volunt esse Deos proprie dictos, non per metaphoram aut æquivoce, (vid.

S Schlich-

<sup>Certum est,</sup>  
<sup>nec Gentili-</sup>  
<sup>by nec Chri-</sup>  
<sup>tianis, nec</sup>  
<sup>Theologis</sup>  
<sup>prie dictum,</sup>  
<sup>nisi quem</sup>  
<sup>pro Numine</sup>  
<sup>religiose co-</sup>  
<sup>vel</sup>  
<sup>longe ab o-</sup>  
<sup>mni usu &</sup>  
<sup>confactudi-</sup>



*ne loquendi* Schlichting. in Comm. ad hæc ipsa verba , *sicut*  
*recedant So-* sunt Dii multi & Domini multi , p. 36.b.) quos ta-  
*ciniani, dū* men Numinæ religiose colenda esse negant. Cæ-  
*Angelos &* terum dum hîc conjunguntur Dii multi , & Domini  
*volunt esse multi*, appareat, non alios vocari Dominos, quam  
*Deos pro-* qui Dii sint. fit enim mentio Deorum multorum,  
*prie dictos*, & Dominorum multorum , in oppositione ad  
*non per me-* Deum unum. Deo uni autem incongrue oppo-  
*taphoram* nuntur Domini multi, nisi per eosdem intelli-  
*& equivo-* ce, quodsta-  
*gentur Dii multi.* Et novimus Gentilibus Deos  
*men Numi-* suos etiam Dominos fuisse nuncupatos. Sic ido-  
*na religiose la* sæpius בָּעֵד vocantur: cuius singularis בָּעֵד,  
*colonda esse* id est, κύριος. Unde Baalzebub, Paal Phegor,  
*negant.* &c: Tot autem erant Domini, id est, Baales in Sy-  
*Gētiles Deos* ria, quot regiones, ne dicam urbes, notante Dru-  
*suos etiam* sio, Præterit lib. VI. p. 225. A multitudine Deo-  
*Dominos* rum , a Gentilibus cultorum, transit Apostolus  
*appellarūt,* ad Deum unum, qui colitur a Christianis Vers. 6:  
*Nobis tamen unus est Deus*, peculiariter & ob cau-  
*sam plane singularem* (de qua in fine hujus the-  
*seos*) sic dictus , religiose colendus, *Pater ille, ex*  
*quo omnia absolute*, (vox enim absolute posita ,  
*etiam absolute accipienda est*) & nos in ipsum;  
*(quæ descriptio est primæ personæ Divinitatis)* &  
*unus Dominus peculiariter & ob causam plane sin-*  
*gularem* sic dictus , religiose colendus, *Jesus Chri-*  
*stus, per quem omnia, & nos per ipsum.* (quæ de-  
*scriptio est secundæ personæ Divinitatis.)* Ubi sa-  
*ne non aliud intelligi potest Dominus, quam qui*  
*ipsem*



ipsemet quoque summus Deus sit.) (Conf. Marc. XII. 29. ubi summus Deus vocatur Dominus) Quomodo enim ad probandum id quod positum est vers. 4, *nullum esse Deum alium, nisi unum*, pro ratione afferri posset vers. 6, quod sit unus Deus, Pater, & unus Dominus, Jesus Christus, in oppositione ad multos Gentium Dominos sic dictus, nisi tam unus hic Dominus Jesus Christus, quam unus Deus Pater, esset ille unus Deus, de quo dictum vers. 4? Sicuti enim Domini Gentium sunt Dii Gentium, & unusquisque istorum Dominorum auget Deorum numerum; ita Dominus Christianorum est Deus Christianorum, deberetque ut alter a Patre & secundus Christianorum Deus numerari, nisi una cum Patre, unus ille Deus esse credatur. Tametsi igitur unus Deus Pater, ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, distinguuntur vers. 6. *Descriptio* oportet tamen, ut illa distinctio sit tantum personarum, non essentiæ divinæ, & quod Pater peculiariter dictus *unus Deus*, & Filius ejus Jesus Christus, per quem peculiariter dictus *unus Dominus*, vers. 6, personaliter distincti, essentialiter sint unus ille Deus, præsonarū Di- ter quem non est aliis, vers. 4. Quod insuper adjectæ descriptiones confirmant, *ex quo omnia primæ & se- & per quem omnia:* quæ ordinem personarum Divinitatis, primæ & secundæ, & simul unitatem essentiæ earum indicant. Constat enim, rerum omnium creatorem non aliud esse, quam unum



unum illum Deum, præter quem non est aliis; eumque nullo alio, tanquam causa instrumentali, usum fuisse ad opus creationis peragendum. Quare cum audimus, per Christum esse omnia; eum ut creationis causam efficientem principalem animo concipere debemus, qualis etiam describitur Hebr. I. 10: *Tu, in initio, Domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli*, quem locum supra Cap. III. fuse lateque vindicavimus. Unde manifesto sequitur, Christum, ut unum illum cum Patre creatorem cœli & terræ, etiam

*Cur Aposto-* unum illum cum Patre Deum esse. Cur autem hīc  
*lus, Deum* nulla sit facta mentio Spiritus Sancti, causa hæc  
*illum unum* dari potest, quod appellatio *Deorum ac Dominino-*  
*declarare* rum, a Gentilibus cultorum, Apostolo occasionem  
*nobis volēs,* dederit loquendi tantum de Patre & Filio, ob ratio-  
*tantum Pa-* nem plane singularem, ex qua Pater vocatur *Deus,*  
*tris & Iesu* nempe quia fons & origo est reliquarum Deitatis  
*Christi mē-* personarum; & Filius vocatur *Dominus*, quia vi-  
*tionem fe-* del. non tantum creationis, sed etiam redēptionis  
*cerit, omis-* nomine *Dominus* est, quippe qui æterno decreto de-  
*satione* destinatus fuit ut assumeret naturam humanam, ad  
*Spiritus* redimendum genus humanum sanguine suo. Cu-  
*Sancti?* jusmodi plane singularis ratio non apparet in Spi-  
ritu Sancto, cur Deus vel Dominus appelletur.  
Eodem modo Dominus a Deo, puta Filius a Patre,  
& ab utroque Spiritus S. distinguitur II. Cor. XIII.  
13: *Gratia Domini Iesu Christi, & charitas Dei, &*  
*communicatio Spiritus Sancti sit cum omnibus vobis.*

Interim



Interim in promtu sunt & alia Scripturæ dicta, quæ Spiritum Sanctum, qui Patris & Filii Spiritus est, ut unum illum cum Patre & Filio Deum, supremumque rerum omnium Dominum, nobis cognoscendum præbent quod sufficit. Sed de hoc alibi.

III. Hæc mea est de dicto Apostoli loco sententia. Quam etsi non petat Schlichtingius, Meisneri tantum interpretationem, longe à mea diversam, aggressus; quia tamen admiscet aliqua, meæ quoque interpretationi adversa atque infesta, haud ab re duxi strictim illis occurrere. *Instantia Pag. 282. Schlechtius.* & 283. Disputationis de SS. Trinitate &c. descri-gii. ptiones Patri & Jesu Christo vers. 6. additas, exponens, scribit: *At vero longe aliud est, ex aliquo esse omnia, & nos in illum esse; aliud per aliquem esse omnia, & nos esse per illum.* Illo indicatur, aliquem esse primam ac supremam efficientem causam earum omnium rerum, quæ ad nos Christianos pertinent, itemque ultimum finem ac scopum, in quem nos toti collimare & referri, omnemque adeo cultum & honorem convertere debeamus: hoc vero indicatur, aliquem esse medianam earum omnium rerum, quæ ad nos salutemque nostram pertinent, efficientem causam, per eam omnia administrari ac dispensari; proinde illum etiam esse intermedium quendam nostrum omnium scopum ac finem, per quem in Deum cum omni nostro cultu, honore, & obsequio referamur. Cum ergo Pater ideo dicatur



Reff.

unus Deus , quia sit prima omnium efficiens causa , & finis ultimus ; Jesus Christus, autem unus Dominus , quia sit media efficiens causa , & finis medius ; quis non videt , Dei quidem nomine eum qui sit absolute summus ; Domini autem , qui a summo dependeat, intelligendum esse ? At quæ jam patet responsio ex supra dictis. Vox omnia temere & perpetrā ad illas res omnes restringitur, quæ ad nos Christianos pertinent ; cum absolute posita , absolute quoq; accipienda sit, ita ut significetur à Patre, & per Jesum Christum creatas esse res omnes absolute , cœlum & terram , quorum creationem etiam Christo in Scriptura adscribi , ex Hebr. I. 10. supra demonstravimus. At creationis rerum omnium causam medium , instrumentalem , & ipsam quoque causaliter atque effective à prima causa dependentem, penitus ignorat Scriptura. Quare Christus pro tali causa creationis media haberi nequit. Nec ut habeatur , postulat de eo adhibita præpositio *per* : siquidem novimus , etiam de Deo dici , *per illum esse omnia* , Rom. XI. 36. adeoque phrasin hanc non semper causam medium indicare. Quanquam concedo , alio sensu eam isto, alio in nostro loco accipi. Hic enim phrases illæ , *ex quo sunt omnia* , & *per quem sunt omnia* , altera de Patre , altera de Filio usurpatæ , modum agendi inter personas divinas , ratione ordinis diversum , insinuant; quod istic non fit , cum de Deo dicitur : *Ex eo , & per eum sunt omnia*.

Con-



